




SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XIV.

CONTINENS

ISOCRATIS ORATIONUM PARTEM I.

ED.

IO. HENR. BREMI.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXI.

ISOCRATIS

ORATIONES

COMMENTARIIS INSTRUCTAE

AB

IO. HENR. BREMI,
CANONICO ET AD CAROL. TIGUR. PROF.

PARS I.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXI.

ANKÜNDIGUNG.

DEUTSCH-LATEINISCHES HAND-WOERTERBUCH FUER SCHULEN,

VON

Dr. E. F. WUESTEMANN,
PROFESSOR AM GYMNASIUM ZU GOTHA.

2 Bände. Lexicon-Format. 3 Thlr.

Sowohl Plan als Bearbeitung dieses Wörterbuches haben bei tüchtigen Schulmännern fast durchgehends Lob und Billigung erhalten. Als anerkannte Vorzüge desselben führen wir an: die Aufnahme einer Menge wichtiger Artikel, welche in andern Wörterbüchern fehlen; die Ausmerzung gemeiner und unnöthiger Wörter; sorgfältige Ausscheidung des neuern und unklassischen Lateins; möglichst einfache und richtige Uebertragung des deutschen Ausdrucks mit Weglassung weitläuftiger und nichts sagender Umschreibungen; Beschränkung des unnützen Citatenwesens; genaue Berücksichtigung der Synonymik; zweckmässige Verweisung auf die besten neuern Grammatiken und Ausgaben der Klassiker.

Damit es nicht den Schein habe, als wenn die Verlagshandlung zuviel zum Lobe dieses Buches sage, erlaubt sie sich, die folgenden wörtlichen Auszüge aus den erschienenen Beurtheilungen hier abdrucken zu lassen.

Schulzeitung, 1826. Januar, S. 32. heisst es: „Die dort (in der Vorrede) ausgesprochenen und in dem Wer-

ANKÜNDIGUNG.

DEUTSCH-LATEINISCHES HAND-WOERTERBUCH FUER SCHULEN,

VON

Dr. E. F. WUESTEMANN,

PROFESSOR AM GYMNASIUM ZU GOTHA.

2 Bände, Lexicon-Format. 3 Thlr.

Sowohl Plan als Bearbeitung dieses Wörterbuches haben bei tüchtigen Schulmännern fast durchgehends Lob und Billigung erhalten. Als anerkannte Vorzüge desselben führen wir an: die Aufnahme einer Menge wichtiger Artikel, welche in andern Wörterbüchern fehlen; die Ausmerzung gemeiner und unnöthiger Wörter; sorgfältige Ausscheidung des neuern und unklassischen Lateins; möglichst einfache und richtige Uebertragung des deutschen Ausdrucks mit Weglassung weitläuftiger und nichts sagender Umschreibungen; Beschränkung des unnützen Citatenwesens; genaue Berücksichtigung der Synonymik; zweckmässige Verweisung auf die besten neuern Grammatiken und Ausgaben der Klassiker.

Damit es nicht den Schein habe, als wenn die Verlagshandlung zuviel zum Lobe dieses Buches sage, erlaubt sie sich, die folgenden wörtlichen Auszüge aus den erschienenen Beurtheilungen hier abdrucken zu lassen.

Schulzeitung, 1826. Januar, S. 32. heisst es: „Die dort (in der Vorrede) ausgesprochenen und in dem Wer-

ke selbst befolgten Grundsätze stützen sich auf scharfsinnige Prüfung, umsichtige Forschung und gründliche Belesenheit. . . . . Jene Grundsätze würden den Abdruck in der A. S. Z. verdienen, wenn nicht zu erwarten wäre, dass das Buch selbst bald in recht viele Hände kommen werde."

Vergl. die Recens. des 1. Theiles im Litterat. Blatt zur allg. Schulz. 1826. Nov., Nr. 51.

Hildesheim. Krit. Biblioth. 1826. Nr. 3. S. 271., wo ein erfahrener, allgemein geschätzter Schulmann folgendes sagt: „Da Rec. ein Veteran im Schulfache ist, so freute er sich beim Durchstudieren dieses Theils besonders über die Konsequenz in Beobachtung wahrer Zweckmässigkeit. Ueberall ist auf das Leben der alten Römer gesehen. . . . . Mit Scharfsinn und grosser Feinheit ist Alles behandelt." Weiter hin heisst es: „Jedem deutschen Worte und Ausdruck ist derjenige lateinische beigefügt, welcher im Umfange des Begriffes und nach der Anwendung in einzelnen Redensarten demselben am nächsten kömmt, mit genauer Berücksichtigung der verschiedenen Perioden der lat. Sprache und des ächtklassischen Gebrauches derselben." Endlich sagt der Rec.: „Wir empfehlen dieses Wörterbuch recht dringend als wohlfeil und zweckmässig; wir halten es nächst dem Lünemann'schen für das beste Handbuch dieser Art für unsre Gymnasien."

Eines gleichen Lobes ist das Buch gewürdigt von zwei Recensenten in der Jenaischen Litterat. Zeit. 1826. Mai.

Dieselben Vorzüge, welche in den obigen Stellen der genannten Recens. beim ersten Theil anerkannt worden, haben gleiche Billigung gefunden bei Beurtheilung des ganzen Werkes in der neuen Krit. Biblioth. 1828. März. Nr. 18. Als Verfasser derselben hat sich Herr Dr. Jacob in Kölln genannt, welchem gewiss Jeder das Recht zugestehen wird, ein vollgültiges Urtheil über Erscheinungen im Gebiete der klassischen Litteratur abzugeben.

Andere, nicht weniger rühmliche Empfehlungen des Werkes, welche uns sowohl auf öffentlichem Wege als durch Privatmittheilung zugekommen sind, übergehen wir nur, um nicht mit denselben zu prunken. Wir erwähnen dagegen noch einer tadelnden Recension desselben mit der Bemerkung, dass wir sichern Grund haben, anzunehmen, dass der Verf. derselben bei seinen jetzigen Ansichten sein Urtheil mit grösserer Mässigung und mit mehr Anerkennung des Lobenswerthen aussprechen würde.

Die Einführung des Buches in vielen Schulen hat uns in den Stand gesetzt, dem von angesehenen Schulmännern ausgesprochenen Wunsch, dass wir noch nach Erscheinung des ganzen

Werkes den Subscriptionspreis für dasselbe eine Zeitlang fortdauern lassen möchten, zu entsprechen. Wir machen daher bekannt, dass bei einer Bestellung von wenigstens sechs Exemplaren beide Theile für den Preis von 2 Thlr. in allen Buchhandlungen noch zu haben sind. Auch erbieten wir uns auf 6 Exempl. das 7te, auf 12 Exempl. 3 u. s. f. gratis abzuliefern. Da jede Buchhandlung diese Vortheile gewähren kann, so ist es nicht nöthig sich direct an uns zu wenden.

Gotha, den 12. Januar 1829.

Hennings'sche Buchhandlung.

ke selbst befolgten Grundsätze stützen sich auf scharfsinnige Prüfung, umsichtige Forschung und gründliche Belesenheit..... Jene Grundsätze würden den Abdruck in der A. S. Z. verdienen, wenn nicht zu erwarten wäre, dass das Buch selbst bald in recht viele Hände kommen werde."

Vergl. die Recens. des 1. Theiles im Litterat. Blatt zur allg. Schulz. 1826. Nov., Nr. 51.

Hildesheim. Krit. Biblioth. 1826. Nr. 3. S. 271., wo ein erfahrener, allgemein geschätzter Schulmann folgendes sagt: „Da Rec. ein Veteran im Schulfache ist, so freute er sich beim Durchstudieren dieses Theils besonders über die Konsequenz in Beobachtung wahrer Zweckmässigkeit. Ueberall ist auf das Leben der alten Römer gesehen...... Mit Scharfsinn und grosser Feinheit ist Alles behandelt." Weiter hin heisst es: „Jedem deutschen Worte und Ausdruck ist derjenige lateinische beigefügt, welcher im Umfange des Begriffes und nach der Anwendung in einzelnen Redensarten demselben am nächsten kömmt, mit genauer Berücksichtigung der verschiedenen Perioden der lat. Sprache und des ächtklassischen Gebrauches derselben." Endlich sagt der Rec.: „Wir empfehlen dieses Wörterbuch recht dringend als wohlfeil und zweckmässig; wir halten es nächst dem Lünemann'schen für das beste Handbuch dieser Art für unsre Gymnasien."

Eines gleichen Lobes ist das Buch gewürdigt von zwei Recensenten in der Jenaischen Litterat. Zeit. 1826. Mai.

Dieselben Vorzüge, welche in den obigen Stellen der genannten Recens. beim ersten Theil anerkannt worden, haben gleiche Billigung gefunden bei Beurtheilung des ganzen Werkes in der neuen Krit. Biblioth. 1828. März. Nr. 18. Als Verfasser derselben hat sich Herr Dr. Jacob in Kölln genannt, welchem gewiss Jeder das Recht zugestehen wird, ein vollgültiges Urtheil über Erscheinungen im Gebiete der klassischen Litteratur abzugeben.

Andere, nicht weniger rühmliche Empfehlungen des Werkes, welche uns sowohl auf öffentlichem Wege als durch Privatmittheilung zugekommen sind, übergehen wir nur, um nicht mit denselben zu prunken. Wir erwähnen dagegen noch einer tadelnden Recension desselben mit der Bemerkung, dass wir sichern Grund haben, anzunehmen, dass der Verf. derselben bei seinen jetzigen Ansichten sein Urtheil mit grösserer Mässigung und mit mehr Anerkennung des Lobenswerthen aussprechen würde.

Die Einführung des Buches in vielen Schulen hat uns in den Stand gesetzt, dem von angesehenen Schulmännern ausgesprochenen Wunsch, dass wir noch nach Erscheinung des ganzen

Werkes den Subscriptionspreis für dasselbe eine Zeitlang fortdauern lassen möchten, zu entsprechen. Wir machen daher bekannt, dass bei einer Bestellung von wenigstens sechs Exemplaren beide Theile für den Preis von 2 Thlr. in allen Buchhandlungen noch zu haben sind. Auch erbieten wir uns auf 6 Exempl. das 7te, auf 12 Exempl. 2 u. s. f. gratis abzuliefern. Da jede Buchhandlung diese Vortheile gewähren kann, so ist es nicht nöthig sich direct an uns zu wenden.

Gotha, den 12. Januar 1829.

Hennings'sche Buchhandlung.

PRAEFATIO.

Isocrates Atheniensis natus est Olymp. LXXXVI, 1., a. Chr. n. 436., obiit Ol. CX, 3., a. Chr. 338. Pater eius Theodorus fuit, qui famulos alebat tibiarum confectores. Filius inde a pueritia liberaliter educatus[1], simulatque adolescentiam attigerat, animum ad philosophiae studium applicabat. Quo in studio quum usus esset disciplina Gorgiae Leontini, Prodici Cei, Tisiae Syracusani, celeberrimorum eius temporis sophistarum, in foro versari et ad rempublicam accedere cupiebat. Adversante autem natura, quae audaciam ei et grandiorem ac pleniorem vocem negarat, ab isto consilio desistere coactus est. — Quum vero, deficiente quamvis externo robore, ingenium esset oratorium, et excultum atque exercitatum eloquentiae praeceptis, nec deficeret facultas intra parietes alios docendi et erudiendi, consilium cepit scholas rhetoricas aperiendi. Aetas eius inciderat in gravissima tempora. Ut artes ac disciplinae maxime florebant, easque comitabantur fidae earum satellites, elegantia vitae et mollities, ita rerum civilium tum domesticarum tum externarum ratio perniciosa vicissitudine vexabatur totiusque Graeciae εὐδαιμονίαν subruebat.

*

PRAEFATIO.

Isocrates Atheniensis natus est Olymp. LXXXVI, 1., a. Chr. n. 436., obiit Ol. CX, 3., a. Chr. 338. Pater eius Theodorus fuit, qui famulos alebat tibiarum confectores. Filius inde a pueritia liberaliter educatus[1], simulatque adolescentiam attigerat, animum ad philosophiae studium applicabat. Quo in studio quum usus esset disciplina Gorgiae Leontini, Prodici Cei, Tisiae Syracusani, celeberrimorum eius temporis sophistarum, in foro versari et ad rempublicam accedere cupiebat. Adversante autem natura, quae audaciam ei et grandiorem ac pleniorem vocem negarat, ab isto consilio desistere coactus est. Quum vero, deficiente quamvis externo robore, ingenium esset oratorium, et excultum atque exercitatum eloquentiae praeceptis, nec deficeret facultas intra parietes alios docendi et erudiendi, consilium cepit scholas rhetoricas aperiendi. Aetas eius inciderat in gravissima tempora. Ut artes ac disciplinae maxime florebant, easque comitabantur fidae earum satellites, elegantia vitae et mollities, ita rerum civilium tum domesticarum tum externarum ratio perniciosa vicissitudine vexabatur totiusque Graeciae εὐδαιμονίαν subruebat.

Haec aetatis conditio Isocratis conamen difficilius etiam reddebat quam ipsum erat pro natura sua. Nec enim causidici formandi erant, qui nil nisi lites in foro agerent, sed oratores, qui philosophiam et rerum gerendarum peritiam cum eloquentia coniungerent. Non igitur solam eloquentiam, sed etiam prudentiam docere coepit Isocrates: qua in re ita versabatur, ut medium teneret inter sophistas et demagogos, qui nec sophistarum more artificiosis et abstrusis argumentationibus mentem praestringeret, nec demagogorum de rebus minutis et privatis dissereret, sed de publicis et maximi momenti negotiis subtiliter et ornate disputaret. Neque vero praecepta tantum dabat, ad quorum normam tales tantaeque res oratione pertractandae essent, sed ipse ἐπιδείξεις tanquam exempla proponebat non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum. Qui velit poterit ex his ἐπιδείξεσιν Isocratis Ῥητορικὴν totam fere deducere.

In his autem orationibus duo potissimum spectanda sunt; unum res et sententiae, quatenus iis argumenta orationum continentur, seu quam Graeci rhetores πραγματείαν, πραγματικὸν τόπον vocant, (materiam Latine redditam a Quintiliano X, 1, 54., alterum verba et eloquutio, Graece λεκτικὸς τόπος. Quod prius attinet, Dionysius Halicarnassensis in libro, qui inscribitur περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων ὑπομνηματισμοί, T. V. p. 543 sqq. edit. Reisk. verissime sic iudicat: *Τίς γὰρ οὐκ ἂν γένοιτο φιλόπολίς τε καὶ φιλόδημος, ἢ τίς οὐκ ἂν ἐπιτηδεύσειε τὴν πολιτικὴν καλοκἀγαθίαν, ἀναγνοὺς αὐτοῦ τὸν Πανηγυρικόν; — Τίς δ' ἂν μᾶλλον ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν εὐσέβειαν προτρέψαιτο καθ' ἕκαστόν τ' ἄνδρα ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τὰς πόλεις ὅλας τοῦ περὶ τῆς εἰρήνης λόγου; — Τίς δ' ἂν μᾶλλον πείσειε καὶ πόλιν*

καὶ ἄνδρας τοῦ ῥήτορος, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, μάλιστα δ' ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους γραφέντι λόγῳ, ὃς ἐπιγράφεται μὲν Ἀρχίδαμος; — Ταῦτα ἔφην περὶ τῆς λέξεως τῆς Λυσίου καὶ Ἰσοκράτους. τῶν δὲ πραγμάτων ποιούμενος ἐξέτασιν, τὴν μὲν εὕρεσιν θαυμαστὴν παρ' ἀμφοῖν κατελαβόμην, καὶ ἔτι τὴν κρίσιν· τῇ δὲ τάξει τῶν ἐπιθυμημάτων, καὶ τοῖς μερισμοῖς τῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ τῇ καθ' ἕκαστον εἶδος ἐξεργασίᾳ, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασι τοῖς ἐν τῷ πραγματικῷ τόπῳ θεωρήμασι, παρὰ πολὺ προτερεῖν ἡγούμην Ἰσοκράτην Λυσίου. κατὰ δὲ τὴν λαμπρότητα τῶν ὑποθέσεων καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς προαιρέσεως πλεῖον διαφέρειν ἢ παιδὸς ἄνδρα, ὡς ὁ Πλάτων εἴρηκεν· εἰ δὲ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ῥητόρων, ὅσοι φιλοσόφως τοῦ μαθήματος τούτου προέστησαν. τῆς μέντοι ἀγωγῆς τῶν περιόδων τὸ κύκλιον καὶ τῶν σχηματισμῶν τῆς λέξεως τὸ μειρακιῶδες οὐκ ἐδοκίμαζον. δουλεύει γὰρ ἡ διάνοια πολλάκις τῷ ῥυθμῷ τῆς λέξεως, καὶ τοῦ κομψοῦ λείπεται τὸ ἀληθινόν· κράτιστόν τ' ἐπιτήδευμα ἐν διαλέκτῳ πολιτικῇ καὶ ἐναγωνίῳ τὸ ὁμοιότατον τῷ κατὰ φύσιν. βούλεται δὲ ἡ φύσις τοῖς νοήμασιν ἕπεσθαι τὴν λέξιν, οὐ τῇ λέξει τὰ νοήματα. συμβούλῳ δὲ δὴ περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης λέγοντι καὶ ἰδιώτῃ τὸν περὶ ψυχῆς τρέχοντι κίνδυνον ἐν δικασταῖς τὰ κομψὰ καὶ θεατρικὰ καὶ μειρακιώδη ταῦτ' οὐκ οἶδα ἥντινα δύναιτ' ἂν παρασχεῖν ὠφέλειαν· μᾶλλον δ' οἶδα, ὅτι καὶ βλάβης ἂν αἰτία γένοιτο. χαριεντισμὸς γὰρ πᾶς ἐν σπουδῇ καὶ καλῶς γινόμενος ἄωρον πρᾶγμα καὶ πολεμιώτατον ἐλέῳ.

Hanc Isocratis vim paucis eleganter et subtiliter complexus est I. C. Orellius in excursu ad Isocr. περὶ Ἀντιδόσ. p. 319. „Nachdem Isokrates, begeistert durch die ihm vorschwebenden Ideale, sich über sich selbst empor geschwungen und einen festen Lebensplan ergriffen hatte, verharrte er unmittelbar in dem Bestreben Ein-

trachtssinn und Vaterlandsliebe in den Gemüthern der Hellenen zu erwecken, höhere politische Ideen zu verbreiten, und was vielleicht auf einer Täuschung beruhte, aber doch beinahe von ihm erreicht wurde, die Beredsamkeit zu einer freien, von individuellen Zwecken unabhängigen Kunst zu erheben." Idem valent quae Wielandius dicit Mus. Attic. T. I. p. 74.

De dictione item Dionysius verissime, „Pura est, inquit, et studiosa communis et usitati „sermonis, verborum obsoletorum et obscurorum „insolentiam fugiens, extensa et copiose fusa, com„parata ad gravitatem fastuosam et variam, decora „plerumque, interdum affectata. Ornatum verborum „undique consectatur, et magis in eo elaborat, „ut eleganter, quam ut simpliciter dicat. Nam „et concursus vocalium, ut qui sonorum con„centum solvant et lenitatem pronuntiationis tur„bent, cavet, et circuitu ac circulo numeroso et „a versu parum distanti sententias complecti co„natur." (Hinc factum est, ut, quod Cicero ait Orat. 52, 174., ii, qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferant, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit.) „Quae probanda non sunt; servit enim saepe „sententia dictionis numero, nec tam habetur „veritatis quam elegantiae ratio."

Haec in universum. Singula vero nobis Panegyricum interpretantibus occurrent Isocrateae scribendi rationis momenta permulta, ad quae diligenter attendendum est iis, qui veram eloquentiam sectari, et a ficta fucataque abstinere velint. Notabimus hic quaedam vitiosa:

a) Orationes Isocratis argumento ipso minus a se differunt quam exspectaveris ab ingenio fecundo.

b) Ipsa eiusdem argumenti tractatio talis non est, quae novitatem afferat materiae.

c) Philonicus dialecticus Isocratem vere comparat pictori, qui vestibus et gestibus eisdem omnes picturas exornat.

d) Hinc „vix quisquam veterum scriptorum inveniri potest, qui orationem ad unam speciem magis conformaverit, ac saepius usitatam aliquam loquendi formulam repetierit." Verba sunt Fr. Xav. Werferi Act. Monac. T. I. p. 253.

e) Figurarum, quas dicunt, rhetoricarum affectatio est, antitheseos inprimis, nec tamen eius ubique diligenter servatae.

f) Vocabula sono sibi respondentia nimium, interdum contra sermonis subtilitatem et elegantiam sectatur.

In laudem vero, quod verba et eloquutionem attinet, haec dicta sunto.

a) Vocabulorum proprietati studet.

b) Subtilis est in vocabulorum electione.

c) Atticam dialectum sequitur studiose et cum iudicio.

d) In formanda enuntiatione diligenter observat singularum notionum et vocabulorum gravitatem.

e) In concinnandis periodis simplex est et ubique intellectu facilis.

f) Assurgit et tempore et loco verborum gravitate ad heroicam magnificentiam.

His de ipso scriptore praemissis, pauca notabimus de praecipuis eius editionibus.

Qui primus de Isocrate egregie meruit est Hieronymus Wolfius. Is Graece perdoctus et versatus in oratorum Graecorum lectione permulta scriptoris nostri loca sagaci acumine et mira felicitate emendavit, et commentario per-

petuo illustravit omnes orationes. Editionum, quarum plures in lucem edidit, praestantissima et locupletissima haec est: Ἰσοκράτους ἅπαντα. Isocratis scripta Graeco-Latina, postremo recognita, annotationibus novis et eruditis illustrata, castigationibusque necessariis expolita H. Wolfio Oetingensi interprete et auctore. Bas. ex officina Oporiniana 1570 Fol.

Successit editio Henrici Stephani Paris. 1593 fol., Wolfianam, ut decebat, in plerisque fideliter sequuta. Praecipua editionis dos sunt octo Stephani diatribae, in quibus tum de Isocrate eiusque orationibus, tum de singulis locis acute et erudite disputatur.

Nominanda est etiam Londinensis editio: Isocratis opera, quae quidem nunc extant, omnia. Varias lectiones, versionem novam ac notas adiunxit Gul. Battie. Londin. 1749. 8. II. Voll. Editor adhibuit quinque codd. Mss. Oxonienses et duo Harleianos: quos si diligenter et accurate contulisset, materiam sane ad novam recensionem, cui editor ipse par non erat, auxisset. At vero negligenter collati sunt codd., quicquid autem bonae frugis in annotationibus reperitur excerptum est ex H. Wolfii commentario.

In Gallia prodierunt et typorum et chartarum splendore eximio Isocratis opera Graece et Latine, cum versione nova, triplici indice, variantibus lectionibus et notis, edidit Athanasius Auger. Sumptibus editoris excudebat Parisiis Fr. Ambr. Didot l'ainé. 1782. III. Voll. 8. Auger et iudicii et doctrinae elegantia inter Gallos eminebat; hinc crisis eius sobria est; locos aliquot acute et vere correxit; sed festinantius quam diligentius in tota

re versatus est, subsidiis, quibus abundabat, parum accurate, immo negligenter adhibitis.

In Germania hoc seculo lucem vidit haec editio: Isocratis Opera quae exstant omnia ad optimorum exemplorum fidem emendavit, varietate lectionis, animadversionibus criticis, summario et indice instruxit Wilhelmus Lange. Halis Saxonum 1803. Si minoris constaret haec editio (at venditur apud nos septem fere florenis) parabilem sane haberemus totius Isocratis editionem. Langius erat, quum hanc editionem curaret, iuvenis non indoctus quidem, at neque critico acumine nec grammatica subtilitate insignis, nec Graecae dictionis apprime gnarus. Accedit, quod tota opera tumultuaria potius sit quam matura, ut non difficile fuerit eam superare. Et eam longe quidem superavit recentissimus editor. *Ἰσοκράτους λόγοι καὶ ἐπιστολαὶ μετὰ σχολίων παλαιῶν. οἷς προςετέθησαν σημειώσεις. ἐν Παρισίοις* 1807. II. Tom. Editor est Diamas Coray, ipse Graecus, et instructus omnibus, quibus opus est editori perfecto. Coray sagacitate et critico acumine excellit, versatus est in lectione Graecorum scriptorum fere omnium; hinc egregie callet dictionem Graecam et varias eius species. Rerum grammaticarum usum habet et rationem haustam tum ex ipsis scriptoribus, tum ex Graecorum Grammaticorum praestantissimorum libris. Quibus quum accesserit ampla cognitio eorum, quae ad res illustrandas pertinent, facillime intelligitur Diamantem Coray egregie esse de Isocrate meritum, ita ut cum H. Wolfio primas tulisse censendus sit.

Nos sequuti sumus editionem Immanuelis Bekkeri in Oratoribus Graecis, Berolini, Tomo secundo, quam expressit Guiliel-

mus Dindorfius, sumptibus Teubneri, 1825.

Quum Ioannes Casparus Orellius, vir non minus eruditione clarus quam amicitia mecum coniunctus, praestantissimis Bibliothecae Graecae curatoribus significasset se multis praesertim in Cicerone huicque propinquis studiis implicatum, fidem ipsis datam, volumen orationum ex Isocrate curandi, solvere non posse, me vero per vitam semper in Isocrate versatum ipsis ad fidem solvendam proposuisset, ipsique a me postulassent, ut in Orellii locum succederem, promissum hoc volumen nunc tandem in publicum traditur. Mihi autem in hoc negotio operam navavit utilissimam Georgius Baiterus, nunc quidem nobili privatim familiae in erudiendis liberis egregia officia grati animi praestans. Spero autem haud minora mox eum in schola publica praestiturum esse.

ISOCRATIS PANEGYRICUS.

EXCERPTA
EX F. A. G. SPOHNII DISSERTATIONE
DE TEMPORE PANEGYRICI.

Demonstratum est a Moro ante Olympiadem XCVIII Panegyricum edi non potuisse; patet hoc ex iis, quae dè Thibrone et Dercylida c. 40., Agesilao c. 41., Cytheris c. 33. (cfr. Xenoph. hist. Gr. IV, 8. Diodor. Sicul. XIV, 84.), Cyri expeditione c. 40., proelio ad Cnidum commisso c. 39, 43., Cononis obitu c. 41., pace Antalcidae c. 33, 34, 39, 47., et praeter alia de Euagorae bello cum Artaxerxe Mnemone narrantur. Quibus missis ad ea progrediar, de quibus non convenit.

Aegypti defectio cap. 39. commemorata Moro eadem esse visa est quam Diodorus l. XV. enarravit quamque sequutum est bellum gravissimum, in quo dux fuit Pharnabazus. Quod quum gestum sit Olympiadis CI anno tertio, Panegyricum autem Ol. XCVIII a. 4. editum esse putet, omnem hunc locum ut ab aliena manu insertum rescindendum censet. Atqui hoc bellum intelligi nequit. Solum Pharnabazi nomen nihil probat; illud autem bellum, quod Olympiadis CI anno 3. assignatur, quanquam plures annos parando belli apparatu insumserat Pharnabazus, per unius anni spatium ita gestum est, ut Pharnabazus et Iphicrates ex Aegypto recederent. Navibus enim accesserunt, militibus expositis castellum oppugnarunt, et Nilo omnem regionem inundante ex Aegypto discesserunt: vide Diodorum XIV, 41 — 43. et Polyaen. III, 38.

Isocrates vero c. 35. diserte dicit: *καὶ πρῶτον μὲν ἀποστάσης Αἰγύπτου τί διαπέπρακται πρὸς τοὺς ἔχοντας αὐτήν; οὐκ ἐκεῖνος (ὁ βασιλεὺς) μὲν ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον κατέπεμψε τοὺς εὐδοκιμωτάτους Περσῶν, Ἀκροκόμαν καὶ Τιθραύστην καὶ Φαρνάβαζον; οὗτοι δὲ τρία ἔτη μείναντες καὶ πλείω κακὰ παθόντες ἢ ποιήσαντες τελευτῶντες οὕτως αἰσχρῶς ἀπηλλάγησαν, ὥστε* —. Sed praeterquam quod hoc bellum Isocrates per tres annos gestum esse innuit, illud autem intra unius anni spatium continetur, alia accedunt, quae doceant de illo non esse cogitandum. Patet enim ex verbis: *καὶ πρῶτον μὲν ἀποστάσης Αἰγύπτου, — μετὰ δὲ ταῦτα ἐπ᾽ Εὐαγόραν στρατεύσας*, defectionem Aegypti et sequutam expeditionem Artaxerxis priorem esse bello adversus Euagoram. Eadem serie Isocrates c. 43. *οὐκ Αἴγυπτος μὲν αὐτοῦ καὶ Κύπρος ἀφέστηκε, Φοινίκη δὲ καὶ Συρία — ἀνάστατοι γεγόνασι, Τύρος δ᾽ — ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐκείνου κατείληπται; Ἑκατόμνως δ᾽ ὁ Καρίας ἐπίσταθμος τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκε* (postquam bellum inceperat Euagoras, clam eum adiuvit Hecatomnus: Diod. Sic. XV, 2.): unde elucet servato temporis ordine in priore loco Isocratem dixisse *καὶ πρῶτον μὲν — μετὰ δὲ ταῦτα*, et aliam expeditionem, quae triennium expleverit, non istam uno finitam anno, in mente habuisse. De qua si coniecturae datur locus, videtur rex Persarum adversus Nephereum aut Acoridem expeditionem suscepisse, quam Diodorus non commemoraverit. Haec igitur ante expeditionem Artaxerxis contra Euagoram evenerant, nec possunt Olympiadis CI anno tertio assignari.

Iam de Amynta, Olynthiis, Phliasiis et expugnata Cadmea videamus. Olympiadis XCVIII anno quarto Lacedaemonii Mantineam oppugnarunt; cives per aestatem fortiter restitere, sed sub finem anni se dediderunt Lacedaemoniis, qui eos in vicos denuo abire iusserunt (*διῴκισαν*). Olympiadis XCIX anno secundo Lacedaemonii cum Amynta Olynthiis et Phliasiis bellum inferre coeperunt; quod varia fortuna cum Amynta continuarunt usque ad finem anni primi Olympiadis C, quo Olynthii se Lacedaemoniis submiserunt: Diodor. Sic. XV. c. 19 — 23. Res Phliasiorum non, ut e Diodoro XV, 19. videri possit, Olymp. XCIX anno secundo, sed post Agesipolidis adversus Olynthios expeditionem, h. e. post finem anni quarti eiusdem Olympiadis, compositas esse iam Wesselingius

et Dodwellus docuerunt. Cadmeam vero Thebanorum arcem duce Phoebida Lacedaemonii occuparunt anno tertio Olympiadis XCIX: Diodor. Sic. XV, 20.

Restat, ut de bello Euagorae dicatur. De quo ad Olympiadis XCVIII annum quartum ita scribit Diodorus XV, 9. *ὁ μὲν οὖν Κυπριακὸς πόλεμος, δεκαετὴς σχεδὸν γεγενημένος καὶ τὸ πλέον τοῦ χρόνου περὶ παρασκευὰς ἀσχοληθείς, διετῆ χρόνον τὸν ἐπὶ πᾶσι συνεχῶς πολεμηθείς, τοῦτον τὸν τρόπον κατελύθη.* Quibus repugnant quae libri XIV capite 98. traduntur, ubi initia huius belli Olympiadis XCVII anno secundo assignat: hoc modo igitur post decem, illo post sex annos bellum finitum esse dicit. Ad hunc locum Wesselingius: „at Isocrates Panegyr. p. 101. (c. 39.) sextum eius belli annum, quum orationem eam scriberet, verti, iamque Euagoram maritimo certamine superatum rebus angustis esse significat: cui eadem tempestate viventi cur tandem non accessero?" Tum quidem decem annorum numerum confirmat ipse Isocrates Euagor. c. 23. (p. 201. Steph.) *Εὐαγόρα δὲ πολεμήσας (βασιλεὺς) ἔτη δέκα τῶν αὐτῶν κύριον κατέλιπεν ὧνπερ ἦν καὶ πρὶν εἰς τὸν πόλεμον εἰςελθεῖν.* Sed reliqua facile illustrari non possunt. Quae Diodorus l. l. narrat per *ἐπανάληψιν* historicam eorum, quae aliquot annis ante facta fuerant, ita ut ea repetierit, quo facilius origines atque causae belli perspici possent, recte explicuit Verpoortenius in Dissertat. de regno Salaminio in Cypro (cur. Io. Fr. Fischer. Lips. 1779.); iam enim Olympiadis XCV anno secundo rex erat. Olympiadis XCVII anno secundo quum solam Salaminem teneret, reliquis Cypri urbibus bellum intulisse videtur, quarum aliis persuasit, alias armis coëgit, ut imperio suo se subiicerent; expeditio autem Artaxerxis adversus ipsum serius initium cepit, atque bellum usque ad mediam Olympiadem centesimam gestum est. Quod ut demonstrem, loco historici utar illi aetati proximi, Theopompi, de quo haec retulit Photius Biblioth. cod. CLXXVI. p. 389. ed. Hoeschel. *Ἀνεγνώσθησαν Θεοπόμπου λόγοι ἱστορικοί*). πεντήκοντα δὲ καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ σωζόμενοι αὐτοῦ τῶν*

---

*) Scripsit Theopompus *σύνταξιν Ἑλληνικῶν* libris XII. contentam, in qua, ubi desierat Thucydides, inde exorsus est et septendecim annorum historiam enarravit (Diodor. Sic. XIII,

ἱστορικῶν λόγοι· διαπεπτωκέναι δὲ καὶ τῶν παλαιῶν τινες ἔφησάν τήν τε ἕκτην καὶ ἑβδόμην, καὶ δὴ καὶ τὴν ἐνάτην καὶ εἰκοστὴν καὶ τὴν τριακοστήν. ἀλλὰ ταύτας μὲν οὐδ᾽ ἡμεῖς εἴδομεν· Μηνοφάνης δέ τις τὰ περὶ Θεόπομπον διεξιὼν (ἀρχαῖος δὲ καὶ οὐκ εὐκαταφρόνητος ὁ ἀνήρ) καὶ τὴν δωδεκάτην συνδιαπεπτωκέναι λέγει· καίτοι αὐτὴν ἡμεῖς ταῖς ἄλλαις συνανέγνωμεν. καὶ περιέχει ὁ δωδέκατος λόγος περί τε Πακώριος (Ἀκώριος) τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, ὡς πρός τε τοὺς Βαρκαίους ἐσπείσατο, καὶ ὑπὲρ Εὐαγόρου ἔπραττε τοῦ Κυπρίου, ἐναντία πράττων τῷ Πέρσῃ (Olymp. XCVII. exeunte et Ol. XCVIII. in.)· ὅν τε τρόπον παρὰ δόξαν Εὐαγόρας τῆς Κυπρίων ἀρχῆς ἐπέβη, Αὐδήμονα (Diod. Ἀβδήμονα) κατασχὼν τὸν Κιτιέα, ταύτης ἐπάρχοντα· τίνα τε τρόπον Ἕλληνες οἱ σὺν Ἀγαμέμνονι τὴν Κύπρον κατέσχον, ἀπελάσαντες τοὺς μετὰ Κινύρου, ὧν εἰσιν ὑπολιπεῖς Ἀμαθούσιοι (haec

---

42. XIV, 85.), usque ad Olymp. XCVI a. 2., ex quo libro esse nequeunt quae Photius affert; indicat enim opus trium et quinquaginta librorum et alia inscriptione insignitum. Intelligendus igitur est liber duodecimus eorum, quos Theopompus praeterea conscripsit, eius operis, quod ipse ἱστορικοὺς λόγους inscripsisse videtur, seriores, quum praecipue res Philippi in eo persequeretur, Φιλιππικόν vel Φιλιππικά dixerunt. Sed praeterquam quod de numero librorum diversae sunt sententiae, his quoque difficultatibus hic impliciti sumus, primum quod in hoc opere Theopompum ab Olympiadis quintae et centesimae anno secundo exorsum esse dicit Diodorus Sic. XVII, 3., deinde quod Menophanes librum duodecimum periisse dixerat, quod Wesselingium permovit, ut ad Diodor. Sic. T. I. p. 573. scriberet: „Ego vero haud scio an Photius libri titulo sit deceptus. Theopompus XII. Graec. Historiae librum absolvit navali pugna ad Cnidum, quae ex nostri calculis anno secundo Olymp. XCVI. commissa est. Quae vero illo libro XII., quem Patriarcha excerpsit cod. CLXXVI., continebantur, omnia Olympiadem eam exceperunt, veluti res Acoridis in Aegypto gestae, Euagorae illatum ab Artaxerxe bellum, pax Antalcidae et motus pacis eius causa per Graeciam orti et reliqua. Haec Callisthenes libris Rer. Graecarum, ut auctor extremo l. XIV. significat, complexus erat, non Theopompus." Sed utut est, sive Callisthenes haec scripserit, cuius historica Graeca bene distinguenda sunt ob virtutem a reliquis eius scriptis, sive ipse Theopompus fortassis ea ratione, qua a libro XLI. ad XLIII. historiam Siculam rebus Olymp. CIX. gestis inseruit, ab initio tyrannidis Dionysiacae Ol. XCIII. exorsus; tamen ab auctore profecta sunt illi aetati propius vivente quam Diodorus, et permagnum iis nullo modo poterit denegari momentum.

per ἐπανάληψιν historicam)· ὅπως τε ὁ βασιλεὺς (rex Persarum) Εὐαγόρᾳ συνεπείσθη πολεμῆσαι, στρατηγὸν ἐπιστήσας Αὐτοφραδάτην, τὸν Λυδίας σατράπην, ναύαρχον δὲ Ἑκατόμνων (Olymp. XCVIII. in.; ad hoc enim tempus et finem praegressae Ol. referenda videntur quae Diodor. Sic. XV, 2. de Euagora (ἐκυρίευε κατὰ τὴν Φοινίκην, Τύρου καὶ τινῶν ἑτέρων) et Isocrates dicunt Euag. c. 23. p. 201. Steph. μικροῦ μὲν ἐδέησε Κύπρον ἅπασαν κατασχεῖν, Φοινίκην δ' ἐπόρθησε, Τύρον δὲ κατὰ κράτος εἷλε, Κιλικίαν δὲ βασιλέως ἀπέστησε). Tunc igitur Hecatomno mandatum est, ut Euagoram subigeret; paullo post, ubi ille plus profuerat quam nocuerat Euagorae, Artaxerxes expeditionem maiorem suscepit. Pergit Photius: καὶ περὶ τῆς εἰρήνης ἣν αὐτὸς τοῖς Ἕλλησιν ἐβράβευσεν. Patet hic intelligendam esse pacem Antalcidae, Ol. XCVIII a. 2., qua facta ὁ μὲν βασιλεύς, ut utar Diodori verbis XIV, 110., διαλυθεὶς τῆς πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαφορᾶς παρεσκευάζετο τὰς δυνάμεις εἰς τὸν Κυπριακὸν πόλεμον. ὁ γὰρ Εὐαγόρας σχεδὸν ὅλην τὴν Κύπρον ἦν ἐκκεκλημένος, καὶ δυνάμεις ἁδρὰς συνηθροίκει διὰ τὸ τὸν Ἀρταξέρξην ἐν τῷ πρὸς τοὺς Ἕλληνας πολέμῳ διεσπάσθαι. Hanc expeditionem Photius indicat ita: ὅπως τε πρὸς Εὐαγόραν ἐπικρατέστερον ἐπολέμει, et ab ea (Olymp. XCVIII a. 2 ex. et 3 in.) sese exordium libri XV. fecisse declarat ipse Diodorus XV. c. 1. Proxime sequuntur apud Photium: καὶ περὶ τῆς ἐν Κύπρῳ ναυμαχίας (Diod. l. l. c. 3., constat hanc pugnam commissam esse a. 3. eiusdem Olympiadis) καὶ ὡς Ἀθηναίων ἡ πόλις ταῖς πρὸς βασιλέα συνθήκαις ἐπειρᾶτο ἐμμένειν, Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑπέρογκα φρονοῦντες παρέβαινον τὰς συνθήκας. Quae postrema indicant civium Mantineae διοικισμόν, anno quarto eiusdem Olympiadis, et quae deinde Olynthiis, Phliasiis, Thebanis fecerunt. Iam quum ad Lacedaemonios transiisset auctor quem excerpsit Photius, et iniuriarum fecisset mentionem et ὑπερβασιῶν, pacem iterum commemoravit Antalcidae Lacedaemonii, quo ex utrorumque, tum Persarum tum Lacedaemoniorum, rationibus considerari posset.

Inde redit: καὶ ὡς Τιρίβαζος ἐπολέμησεν (Diodor. XV, 8. Ol. XCVIII anno 4 exeunte et sequentibus)· ὅπως τε Εὐαγόρᾳ ἐπεβούλευσεν· ὅπως τε αὐτὸν Εὐαγόρας πρὸς βασιλέα διαβαλὼν συνέβαλε (συνέλαβε collato Diodoro XV, 8. Bekkerus.) μετ' Ὀρόντου. Haec omnia Olympiade nonagesima nona accidisse rerum ordo docet; nec

mirandum est, quod annorum numeri cum Diodoro non conveniunt, quum is diversam omnino narrationem sequutus sit, et, ut supra ostendi, ab se ipse dissentiat. Pergit Photius: *καὶ ὡς Νεκτενίβιος παρειληφότος τὴν Αἰγύπτου βασιλείαν, πρὸς Λακεδαιμονίους πρέσβεις ἀπέστειλεν Εὐαγόρας* (rex autem factus est Nectenebis vel Nectanebis ineunte Olympiade C.*)) *τίνα τε τρόπον ὁ περὶ Κύπρον αὐτῷ πόλεμος διελύθη.* Ita incideret finis belli huius Cyprii in annum secundum vel tertium Olympiadis centesimae. Consentiunt cum hac ratione quae ab Isocrate narrantur. Nam, ut supra monitum est, bellum Cyprium decem explevit annos; dicit autem c. 39. *μετὰ δὲ ταῦτα ἐπ' Εὐαγόραν στρατεύσας* (Olymp. XCVIII, 2.), *ὃς ἄρχει μὲν μιᾶς πόλεως* (Salaminem intelligas) *τῶν ἐν Κύπρῳ, ἐν δὲ ταῖς συνθήκαις ἔκδοτός ἐστιν* (pace Antalcidae Ol. XCVIII, 2. facta), *οἰκῶν δὲ τὴν νῆσον κατὰ μὲν θάλατταν προδεδυστύχηκεν* (Ol. XCVIII, 3.), *ὑπὲρ τῆς χώρας τρισχιλίους εἶχε μόνον πελταστάς· ἀλλ' ὅμως οὕτω ταπεινῆς δυνάμεως οὐ δύναται περιγενέσθαι βασιλεὺς πολεμῶν, ἀλλ' ἤδη μὲν ἓξ ἔτη διατέτριφεν· εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα κ. τ. λ.* Quae ita sunt explicanda: ex quo victus est Euagoras proelio navali, nonnisi tria millia militum habebat, sola Salamine se continere debet, iam sextus agitur annus; tanto exercitu, quo Euagoram Ol. XCVIII, 2. aggressus est, ipse *βασιλεὺς* eum subigere nequit, sed ex quo cum eo post proelium navale pugnat, et Euagoras, qui antea ingentem exercitum coëgerat (vide supra et Diod. XV, 2.), quum defecissent socii, periissent aut descivissent milites, tria modo habebat militum millia, Artaxerxes *οὕτω ταπεινῆς δυνάμεως περιγενέσθαι* nequit, sed adversus eam bellum gerens iam sextum annum attigit. Elucet hinc sextum hunc

*) Olymp. C a. 2. Cfr. Allgemeine Welthistorie. Tom. I. Hal. 1746. p. 566. §. 692. atque §. ant. coll. p. 486. §. 598. Eusebius anno primo Olympiadis XCVIII. assignat, et eiusdem anno secundo Euagorae deditionem; nam recte Scaliger dedit *ἐξέστη*, quod tamen non potest intelligi de fuga Euagorae ad Acoridem hoc anno a Diodoro enarratam, sed ita: Cypri, paene totius insulae, imperium, quod antea sibi vindicaverat, amisit (et solam retinuit Salaminem). Hic prochronismum esse iam Morus sensit; est autem decem annorum. Simili modo in iis, quae proxime notata sunt, ab Eusebio prochronismum septem annorum esse iam Scaliger vidit in animadvers. p. 114. b.

annum, ex quo Artaxerxes frustra οὕτω ταπεινὴν δύναμιν oppugnet, esse annum quartum Olympiadis nonagesimae nonae.

Finis huius belli, σχεδὸν (vid. Diod. supr.) per decennium gesti, et Ol. XCVIII, 2. incepti, incidit in eundem annum, qui ex excerptis historici antiqui modo erutus est Ol. C, 2. Post eius finem a Photio haec commemorantur: καὶ περὶ Νικοκρέοντος ὡς ἐπεβούλευσεν, ὡς παραδόξως ἐφωράθη, ὡς ἔφυγε· καὶ ὡς τῇ ἐκείνου παιδὶ καταλειφθείσῃ κόρῃ Εὐαγόρας τε καὶ ὁ τούτου παῖς Πνυταγόρας (vid. Wesseling. ad Diodor. XV, 4.) λανθάνοντες ἀλλήλους συνεκάθευδον, Θρασυδαίου τοῦ εὐνούχου, ὃς ἦν Ἠλεῖος τὸ γένος, αὐτοῖς παρὰ μέρος ὑπηρετουμένου τῇ πρὸς τὴν κόρην ἀκολασίᾳ· καὶ ὡς τοῦτο αὐτοῖς αἴτιον ὀλέθρου γέγονε, Θρασυδαίου τὴν ἐκείνου ἀναίρεσιν κατεργασαμένου. Interemtus autem est Euagoras Ol. CI, 3.: cfr. Verpoorten. l. l. p. 28., Meurs. Cypr. p. 114. Perizon. ad Aelian. Tom. II. p. 475. ed. Gron. 1731., neque diu post finem huius belli vixit, ita ut, quanquam erat si quis alius audax et ad molitiones proclivis, nihil perfecerit, quapropter etiam Isocrates in eius laudatione post hoc tempus nihil commemorat.

Quae quum ita sint, editus est Panegyricus anno quarto Olympiadis XCIX., et omnia optime consentiunt. Hoc anno dicere poterat Isocrates c. 43. Hecatomnus τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκε (inde a media Olympiade XCVIII.), c. 35. Μαντινέων πόλιν — ἀνάστατον ἐποίησαν (Ol. XCVIII, 4.)· τὴν δὲ Θηβαίων Καδμείαν κατέλαβον (Ol. XCIX, 3 in. De eadem re intelligo verba c. 33. πελτασταὶ δὲ τὰς πόλεις καταλαμβάνουσιν), καὶ νῦν Ὀλυνθίοις καὶ Φλιασίοις πολεμοῦσι, de quibus supra dictum est.

Alia de tempore Panegyrici sententia C. M. Wielandi est in praefatione ad versionem vernaculam huius orationis, Musei Attici fasciculo primo insertam. Qui quae disputavit eo redeunt, ut, quum duo argumenta paribus sibi adversentur viribus, quorum hoc probet orationem haud serius esse editam quam ineunte Olympiade XCVIII, illud autem doceat haud prius esse editam quam exeunte XCIX, sumat Isocratem tam diu versatum esse in Panegyrico elaborando et perpoliendo, ut interea bellum Cyprium finitum et expeditio Lacedaemoniorum adversus Olynthios suscepta fuerit. Recensionem duplicem necessariam esse negat, et verba ἤδη ἓξ ἔτη de industria non mutata remansisse, quum oratoribus

mus Dindorfius, sumptibus Teubneri, 1825.

Quum Ioannes Casparus Orellius, vir non minus eruditione clarus quam amicitia mecum coniunctus, praestantissimis Bibliothecae Graecae curatoribus significasset se multis praesertim in Cicerone huicque propinquis studiis implicatum, fidem ipsis datam, volumen orationum ex Isocrate curandi, solvere non posse, me vero per vitam semper in Isocrate versatum ipsis ad fidem solvendam proposuisset, ipsique a me postulassent, ut in Orellii locum succederem, promissum hoc volumen nunc tandem in publicum traditur. Mihi autem in hoc negotio operam navavit utilissimam Georgius Baiterus, nunc quidem nobili privatim familiae in erudiendis liberis egregia officia grati animi praestans. Spero autem haud minora mox eum in schola publica praestiturum esse.

ISOCRATIS PANEGYRICUS.

EXCERPTA

EX F. A. G. SPOHNII DISSERTATIONE

DE TEMPORE PANEGYRICI.

Demonstratum est a Moro ante Olympiadem XCVIII Panegyricum edi non potuisse; patet hoc ex iis, quae de Thibrone et Dercyllida c. 40., Agesilao c. 41., Cytheris c. 33. (cfr. Xenoph. hist. Gr. IV, 8. Diodor. Sicul. XIV, 84.), Cyri expeditione c. 40., proelio ad Cnidum commisso c. 39, 43., Cononis obitu c. 41., pace Antalcidae c. 33, 34, 39, 47., et praeter alia de Euagorae bello cum Artaxerxe Mnemone narrantur. Quibus missis ad ea progrediar, de quibus non convenit.

Aegypti defectio cap. 39. commemorata Moro eadem esse visa est quam Diodorus l. XV. enarravit quamque sequutum est bellum gravissimum, in quo dux fuit Pharnabazus. Quod quum gestum sit Olympiadis CI anno tertio, Panegyricum autem Ol. XCVIII a. 4. editum esse putet, omnem hunc locum ut ab aliena manu insertum rescindendum censet. Atqui hoc bellum intelligi nequit. Solum Pharnabazi nomen nihil probat; illud autem bellum, quod Olympiadis CI anno 3. assignatur, quanquam plures annos parando belli apparatu insumserat Pharnabazus, per unius anni spatium ita gestum est, ut Pharnabazus et Iphicrates ex Aegypto recederent. Navibus enim accesserunt, militibus expositis castellum oppugnarunt, et Nilo omnem regionem inundante ex Aegypto discesserunt: vide Diodorum XIV, 41 — 43. et Polyaen. III, 38.

Isocrates vero c. 35. diserte dicit: καὶ πρῶτον μὲν ἀποστάσης Αἰγύπτου τί διαπέπρακται πρὸς τοὺς ἔχοντας αὐτήν; οὐκ ἐκεῖνος (ὁ βασιλεὺς) μὲν ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον κατέπεμψε τοὺς εὐδοκιμωτάτους Περσῶν, Ἀκροκόμαν καὶ Τιθραύστην καὶ Φαρνάβαζον; οὗτοι δὲ τρία ἔτη μείναντες καὶ πλείω κακὰ παθόντες ἢ ποιήσαντες τελευτῶντες οὕτως αἰσχρῶς ἀπηλλάγησαν, ὥςτε —. Sed praeterquam quod hoc bellum Isocrates per tres annos gestum esse innuit, illud autem intra unius anni spatium continetur, alia accedunt, quae doceant de illo non esse cogitandum. Patet enim ex verbis: καὶ πρῶτον μὲν ἀποστάσης Αἰγύπτου, — μετὰ δὲ ταῦτα ἐπ' Εὐαγόραν στρατεύσας, defectionem Aegypti et sequutam expeditionem Artaxerxis priorem esse bello adversus Euagoram. Eadem serie Isocrates c. 43. οὐκ Αἴγυπτος μὲν αὐτοῦ καὶ Κύπρος ἀφέστηκε, Φοινίκη δὲ καὶ Συρία — ἀνάστατοι γεγόνασι, Τύρος δ' — ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐκείνου κατείληπται; Ἑκατόμνως δ' ὁ Καρίας ἐπίσταθμος τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκε (postquam bellum inceperat Euagoras, clam eum adiuvit Hecatomnus: Diod. Sic. XV, 2.): unde elucet servato temporis ordine in priore loco Isocratem dixisse καὶ πρῶτον μὲν — μετὰ δὲ ταῦτα, et aliam expeditionem, quae triennium expleverit, non istam uno finitam anno, in mente habuisse. De qua si coniecturae datur locus, videtur rex Persarum adversus Nephereum aut Acoridem expeditionem suscepisse, quam Diodorus non commemoraverit. Haec igitur ante expeditionem Artaxerxis contra Euagoram evenerant, nec possunt Olympiadis CI anno tertio assignari.

Iam de Amynta, Olynthiis, Phliasiis et expugnata Cadmea videamus. Olympiadis XCVIII anno quarto Lacedaemonii Mantineam oppugnarunt; cives per aestatem fortiter restitere, sed sub finem anni se dediderunt Lacedaemoniis, qui eos in vicos denuo abire iusserunt (διῴκισαν). Olympiadis XCIX anno secundo Lacedaemonii cum Amynta Olynthiis et Phliasiis bellum inferre coeperunt; quod varia fortuna cum Amynta continuarunt usque ad finem anni primi Olympiadis C, quo Olynthii se Lacedaemoniis submiserunt: Diodor. Sic. XV. c. 19 — 23. Res Phliasiorum non, ut e Diodoro XV, 19. videri possit, Olymp. XCIX anno secundo, sed post Agesipolidis adversus Olynthios expeditionem, h. e. post finem anni quarti eiusdem Olympiadis, compositas esse iam Wesselingius

et Dodwellus docuerunt. Cadmeam vero Thebanorum arcem duce Phoebida Lacedaemonii occuparunt anno tertio Olympiadis XCIX: Diodor. Sic. XV, 20.

Restat, ut de bello Euagorae dicatur. De quo ad Olympiadis XCVIII annum quartum ita scribit Diodorus XV, 9. ὁ μὲν οὖν Κυπριακὸς πόλεμος, δεκαετὴς σχεδὸν γεγενημένος καὶ τὸ πλέον τοῦ χρόνου περὶ παρασκευὰς ἀσχοληθεὶς, διετῆ χρόνον τὸν ἐπὶ πᾶσι συνεχῶς πολεμηθεὶς, τοῦτον τὸν τρόπον κατελύθη. Quibus repugnant quae libri XIV capite 98. traduntur, ubi initia huius belli Olympiadis XCVII anno secundo assignat: hoc modo igitur post decem, illo post sex annos bellum finitum esse dicit. Ad hunc locum Wesselingius: „at Isocrates Panegyr. p. 101. (c. 39.) sextum eius belli annum, quum orationem eam scriberet, verti, iamque Euagoram maritimo certamine superatum rebus angustis esse significat: cui eadem tempestate viventi cur tandem non accessero?“ Tum quidem decem annorum numerum confirmat ipse Isocrates Euagor. c. 23. (p. 201. Steph.) Εὐαγόρα δὲ πολεμήσας (βασιλεὺς) ἔτη δέκα τῶν αὐτῶν κύριον κατέλιπεν ὧνπερ ἦν καὶ πρὶν εἰς τὸν πόλεμον εἰςελθεῖν. Sed reliqua facile illustrari non possunt. Quae Diodorus l. l. narrat per ἐπανάληψιν historicam eorum, quae aliquot annis ante facta fuerant, ita ut ea repetierit, quo facilius origines atque causae belli perspici possent, recte explicuit Verpoortenius in Dissertat. de regno Salaminio in Cypro (cur. Io. Fr. Fischer. Lips. 1779.); iam enim Olympiadis XCV anno secundo rex erat. Olympiadis XCVII anno secundo quum solam Salaminem teneret, reliquis Cypri urbibus bellum intulisse videtur, quarum aliis persuasit, alias armis coëgit, ut imperio suo se subiicerent; expeditio autem Artaxerxis adversus ipsum serius initium cepit, atque bellum usque ad mediam Olympiadem centesimam gestum est. Quod ut demonstrem, loco historici utar illi aetati proximi, Theopompi, de quo haec retulit Photius Biblioth. cod. CLXXVI. p. 389. ed. Hoeschel. Ἀνεγνώσθησαν Θεοπόμπου λόγοι ἱστορικοί*). πεντήκοντα δὲ καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ σωζόμενοι αὐτοῦ τῶν

*) Scripsit Theopompus σύνταξιν Ἑλληνικῶν libris XII. contentam, in qua, ubi desierat Thucydides, inde exorsus est et septendecim annorum historiam enarravit (Diodor. Sic. XIII,

ἱστορικῶν λόγοι· διαπεπτωκέναι δὲ καὶ τῶν παλαιῶν τινες ἔφησαν τήν τε ἕκτην καὶ ἑβδόμην, καὶ δὴ καὶ τὴν ἐνάτην καὶ εἰκοστὴν καὶ τὴν τριακοστήν. ἀλλὰ ταύτας μὲν οὐδ᾽ ἡμεῖς εἴδομεν· Μηνοφάνης δέ τις τὰ περὶ Θεόπομπον διεξιὼν (ἀρχαῖος δὲ καὶ οὐκ εὐκαταφρόνητος ὁ ἀνήρ) καὶ τὴν δωδεκάτην συνδιαπεπτωκέναι λέγει· καίτοι αὐτὴν ἡμεῖς ταῖς ἄλλαις συνανέγνωμεν. καὶ περιέχει ὁ δωδέκατος λόγος περί τε Πακώριος (Ἀκώριος) τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, ὡς πρός τε τοὺς Βαρκαίους ἐσπείσατο, καὶ ὑπὲρ Εὐαγόρου ἔπραττε τοῦ Κυπρίου, ἐναντία πράττων τῷ Πέρσῃ (Olymp. XCVII. exeunte et Ol. XCVIII. in.)· ὅν τε τρόπον παρὰ δόξαν Εὐαγόρας τῆς Κυπρίων ἀρχῆς ἐπέβη, Αὐδήμονα (Diod. Ἀβδήμονα) κατασχὼν τὸν Κιτιέα, ταύτης ἐπάρχοντα· τίνα τε τρόπον Ἕλληνες οἱ σὺν Ἀγαμέμνονι τὴν Κύπρον κατέσχον, ἀπελάσαντες τοὺς μετὰ Κινύρου, ὧν εἰσιν ὑπολιπεῖς Ἀμαθούσιοι (haec

---

42. XIV, 85.), usque ad Olymp. XCVI a. 2., ex quo libro esse nequeunt quae Photius affert; indicat enim opus trium et quinquaginta librorum et alia inscriptione insignitum. Intelligendus igitur est liber duodecimus eorum, quos Theopompus praeterea conscripsit, eius operis, quod ipse ἱστορικοὺς λόγους inscripsisse videtur, seriores, quum praecipue res Philippi in eo persequeretur, Φιλιππικόν vel Φιλιππικά dixerunt. Sed praeterquam quod de numero librorum diversae sunt sententiae, his quoque difficultatibus hic impliciti sumus, primum quod in hoc opere Theopompum ab Olympiadis quintae et centesimae anno secundo exorsum esse dicit Diodorus Sic. XVII, 3., deinde quod Menophanes librum duodecimum periisse dixerat, quod Wesselingium permovit, ut ad Diodor. Sic. T. I. p. 573. scriberet: „Ego vero haud scio an Photius libri titulo sit deceptus. Theopompus XII. Graec. Historiae librum absolvit navali pugna ad Cnidum, quae ex nostri calculis anno secundo Olymp. XCVI. commissa est. Quae vero illo libro XII., quem Patriarcha excerpsit cod. CLXXVI., continebantur, omnia Olympiadem eam exceperunt, veluti res Acoridis in Aegypto gestae, Euagorae illatum ab Artaxerxe bellum, pax Antalcidae et motus pacis eius causa per Graeciam orti et reliqua. Haec Callisthenes libris Rer. Graecarum, ut auctor extremo l. XIV. significat, complexus erat, non Theopompus.“ Sed utut est, sive Callisthenes haec scripserit, cuius historica Graeca bene distinguenda sunt ob virtutem a reliquis eius scriptis, sive ipse Theopompus fortassis ea ratione, qua a libro XLI. ad XLIII. historiam Siculam rebus Olymp. CIX. gestis inseruit, ab initio tyrannidis Dionysiacae Ol. XCIII. exorsus; tamen ab auctore profecta sunt illi aetati propius vivente quam Diodorus, et permagnum iis nullo modo poterit denegari momentum.

per ἐπανάληψιν historicam)· ὅπως τε ὁ βασιλεὺς (rex Persarum) Εὐαγόρᾳ συνεπείσθη πολεμῆσαι, στρατηγὸν ἐπιστήσας Αὐτοφραδάτην, τὸν Λυδίας σατράπην, ναύαρχον δὲ Ἑκατόμνων (Olymp. XCVIII. in.; ad hoc enim tempus et finem praegressae Ol. referenda videntur quae Diodor. Sic. XV, 2. de Euagora (ἐκυρίευε κατὰ τὴν Φοινίκην, Τύρου καὶ τινῶν ἑτέρων) et Isocrates dicunt Euag. c. 23. p. 201. Steph. μικροῦ μὲν ἐδέησε Κύπρον ἅπασαν κατασχεῖν, Φοινίκην δ' ἐπόρθησε, Τύρον δὲ κατὰ κράτος εἷλε, Κιλικίαν δὲ βασιλέως ἀπέστησε). Tunc igitur Hecatomno mandatum est, ut Euagoram subigeret; paullo post, ubi ille plus profuerat quam nocuerat Euagorae, Artaxerxes expeditionem maiorem suscepit. Pergit Photius: καὶ περὶ τῆς εἰρήνης ἣν αὐτὸς τοῖς Ἕλλησιν ἐβράβευσεν. Patet hic intelligendam esse pacem Antalcidae, Ol. XCVIII a. 2., qua facta ὁ μὲν βασιλεύς, ut utar Diodori verbis XIV, 110., διαλυθεὶς τῆς πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαφορᾶς παρεσκευάζετο τὰς δυνάμεις εἰς τὸν Κυπριακὸν πόλεμον. ὁ γὰρ Εὐαγόρας σχεδὸν ὅλην τὴν Κύπρον ἦν ἐκκεκλημμένος, καὶ δυνάμεις ἁδρὰς συνηθροίκει διὰ τὸ τὸν Ἀρταξέρξην ἐν τῷ πρὸς τοὺς Ἕλληνας πολέμῳ διεσπάσθαι. Hanc expeditionem Photius indicat ita: ὅπως τε πρὸς Εὐαγόραν ἐπικρατέστερον ἐπολέμει, et ab ea (Olymp. XCVIII a. 2 ex. et 3 in.) sese exordium libri XV. fecisse declarat ipse Diodorus XV. c. 1. Proxime sequuntur apud Photium: καὶ περὶ τῆς ἐν Κύπρῳ ναυμαχίας (Diod. l. l. c. 3., constat hanc pugnam commissam esse a. 3. eiusdem Olympiadis) καὶ ὡς Ἀθηναίων ἡ πόλις ταῖς πρὸς βασιλέα συνθήκαις ἐπειρᾶτο ἐμμένειν, Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑπέρογκα φρονοῦντες παρέβαινον τὰς συνθήκας. Quae postrema indicant civium Mantineae διοικισμόν, anno quarto eiusdem Olympiadis, et quae deinde Olynthiis, Phliasiis, Thebanis fecerunt. Iam quum ad Lacedaemonios transiisset auctor quem excerpsit Photius, et iniuriarum fecisset mentionem et ὑπερβασιῶν, pacem iterum commemoravit Antalcidae Lacedaemonii, quo ex utrorumque, tum Persarum tum Lacedaemoniorum, rationibus considerari posset.

Inde redit: καὶ ὡς Τιρίβαζος ἐπολέμησεν (Diodor. XV, 8. Ol. XCVIII anno 4 exeunte et sequentibus)· ὅπως τε Εὐαγόρᾳ ἐπεβούλευσεν· ὅπως τε αὐτὸν Εὐαγόρας πρὸς βασιλέα διαβαλὼν συνέβαλε (συνέλαβε collato Diodoro XV, 8. Bekkerus.) μετ' Ὀρόντου. Haec omnia Olympiade nonagesima nona accidisse rerum ordo docet; nec

Pleraque loca, in quibus vulgo terminatio ος legebatur, iam ex codicibus sunt mutata, v. c. de Pace §. 21. ἐρήμη, ubi ante Bekkerum ἔρημος. Nunc tantum νόμιμος apud Isocratem generis communis reperitur ad Nicocl. §. 22. cap. 7. ἅπασι μὲν τοῖς ξένοις ἀσφαλῆ τὴν πόλιν πάρεχε καὶ πρὸς τὰ συμβόλαια νόμιμον. Ante Bekkerum legebatur etiam ἁγίους et πατρίους Hel. §. 63. cap. 27. θυσίας ἁγίας καὶ πατρίας. Areop. §. 59. cap. 24. πατρίαν, vulgo πάτριον (διοίκησιν). Panath. §. 183. (πράξεις) ὁσίας, ubi Urbinas ὁσίους, quod recepit Dindorfius. In adiectivis compositis legitur forma feminina in ἀνόμοιαι Panath. §. 225. cap. 89. παρομοίαν de Antid. §. 192. συναιτίαν Philipp. §. 33. cap. 12. vulgo αἰτίαν. ὑπεναντίας (Bekkerus ἐναντίας) Paneg. §. 104. παραπλησίαν, παραπλησίαις, παραπλησίας saepe. Memorabilis est locus Evagorae §. 16. cap. 6. Πηλεὺς δ᾽ ..... ἀριστεύσας .... Θέτιδι τῇ Νηρέως, θνητὸς ὢν ἀθανάτῃ, συνῴκησε. Sic Bekkerus ex Urbinate, ceteri ἀθανάτῳ. Ceteris quidem locis apud Isocratem ἀθάνατος est generis communis.

In schola quidem docemur adiectiva saepe poni loco adverbiorum, in positivo neutrum plurale, in comparativo neutrum singulare, in superlativo neutrum plurale. Hanc regulam sequitur ex more Isocrates; has vero exceptiones in eo notamus:

μέγα φρονεῖν est omnibus scriptoribus usitatum; vix invenies μεγάλα φρονεῖν, sed compositum μεγαλοφρονεῖν. Comparativus μείζω vulgo quidem legitur in μείζω φρονεῖν Areop. §. 7. cap. 3., sed Bekkerus restituit μεῖζον, quod ubique in Isocrate legitur.

μείζω δύνασθαι Plat. §. 13. cap. 8., pro quo Bekkerus e codd. suis μεῖζον.

Comparativus adverbiorum.

Paneg. §. 109. ἀπορωτέρως. Sic Bekkerus pro vulgato ἀπορώτερον. Haec sunt loca, in quibus terminatio comparativi in ως legitur: Paneg. §. 116. ἀθυμοτέρως. Sic Bekkerus pro vulgato ἀθυμότερον. Panath. §. 37. c. 13. ἀπειροτέρως pro vulgato ἀπείρως. de Pace §. 60. βεβαιοτέρως, vulgo βεβαίως. de Antid. §. 170. δικαιοτέρως pro quo alibi δικαιότερον. de Biga §. 35. ἐνδεεστέρως. Paneg. §. 172. ἐῤῥωμενεστέρως. de Antid. §. 278. ad Nicocl. §. 14. cap. 4. alibi ἐῤῥωμενέστερον. Archid. §. 28. εὐλογωτέρως. Sic Bekker. pro vulgato εὐλογώτερον. εὐμενεστέρως Paneg. §. 43. κομψοτέρως de Antid. §. 195. νεαρωτέρως pro vulgato νεαρώτερον Panath. §. 229. cap. 90. περιττοτέρως vulgo περιττότερον Cypr. §. 44. φιλοτιμοτέρως Evag. §. 5. cap. 2. φρονιμωτέρως, margo Urbinatis χρησιμωτέρως, vulgo φρονιμώτερον, quod item in usu Isocratis, Sophist. §. 15. Expulit formam ως Urbinas Paneg. §. 64., ubi olim legebatur συντομωτέρως, nunc συντομώτερον, ut Archid. §. 24. Evag. §. 34. cap. 14. Idem codex habet καταδεέστερον pro καταδεεστέρως Panath. §. 37., ubi Bekkerus recte vulgatam retinuit, quoniam statim praecedit ἀπειροτέρως. A comparativis in ων legitur nonnisi adverbium μειζόνως Evag. §. 21., vulgo μεῖζον. Busir. §. 24. cap. 10. de Antid. §. 39. cap. 16., utroque loco sine varietate.

c) Verborum.

1) Praesens verborum in ύω, υμι.

De Pace §. 82. ἐπιδεικνύντες. Codex Urbinas praebet lectionem ἐπιδεικνύοντες. Utraque forma participii ύς et ύων apud Isocratem in usu est. Exempla haec sunt: ἐπιδεικνύων Panath. §. 89. cap. 34. παραδεικνύοντες Panath. §. 39. cap. 14. ὑποδεικνύοντες Panath. §. 166. cap. 67. Idem habet Urbinas Cypr. §. 57. cap. 13., ubi libri editi ὑποδεικνύντες. Contra ἐπιδεικνύντες Panath. §. 184. cap. 74. τὸν ἐπιδεικνύντα Panath. §. 207. cap. 82. ἐπιδεικνύς Hel. §. 15. cap. 8. Busir. §. 9. cap. 4. ἀπολλύουσαι Panath. §. 158. cap. 65. §. 162. cap. 66. ἀπολλύντες Panath. §. 220. cap.

87., ubi Urbinas ἀπολλύοντες, et Plat. §. 19. cap. 9., ubi ante Bekkerum legebatur ἀπολύοντες. Praesens infinitivi nonnisi in υναι reperitur: ἀπολλύναι Panath. §. 227. cap. 89. Philipp. §. 126. cap. 51. ἐπιδεικνύναι Panath. §. 96. cap. 36. §. 123. cap. 47. Trapez. §. 54. cap. 27. Epist. VIII. §. 7. ὀμνύναι de Antid. §. 21. c. 10. Praesens indicativi occurrit in his; ἀπέλλυσι de Antid. §. 18. c. 9. ἀπολλύουσιν Panath. §. 226. c. 89. §. 228. c. 89. Philipp. §. 52. c. 20. §. 55. c. 21. de Antid. §. 142. ἐπιδεικνύουσι Paneg. §. 4. Epist. II. §. 15. Imperfectum: ἀπώλλυεν Busir. §. 8. c. 3. ἀπώλλυον (3. pers. pl.) adv. Euth. §. 12. c. 10. et ἀπώλλυσαν (vulgo ἀπώλεσαν) Panath. §. 219. c. 87. Ex his iudicanda quae habet Coraës ad Philipp. p. 89. (T. II. p. 71.) Ἀπολλύουσι] ὃ τρεπτέον εἰς τὸ Ἀπολλύασι, εἰ χρὴ πείθεσθαι τοῖς Ἀττικισταῖς. Εἰ δὲ βούλει τοῖς ἀντιγράφοις τε καὶ ταῖς ἐκδόσεσιν ἕπεσθαι, ὄψει διαφορουμένους τοὺς ἐνεστῶτάς τε καὶ παρατατικοὺς τῶν ῥημάτων, Δεικνύω, Ὀλλύω, Ὀμνύω, Ῥηγνύω, καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων, καὶ νῦν μὲν κατὰ τὸν τύπον τῶν βαρυτόνων σχηματιζομένους, νῦν δὲ τοῖς εἰς μι ῥήμασιν προφερομένους. Αὐτίκα παρὰ τῷ Ἰσοκράτει εὑρήσεις Δεικνύοντες καὶ Δεικνύντες, Δεικνύειν καὶ Δεικνύναι κ. τ. λ. Οὐ μόνον δὲ παρ' Ἰσοκράτει, ἀλλὰ καὶ παρ' ἅπασιν ἁπαξαπλῶς τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσι κατάδηλος ἡ τοιαύτη διαφορά· ὥςτε δεῖν ἀνδρὸς οὐ κριτικοῦ, ἀλλὰ μαντικοῦ, τοῦ φράσοντος πότερον τὴν τῶν ἀντιγραψάντων ἀμαθίαν αἰτιατέον τῆς περὶ ταῦτα ἀνωμαλίας, ἢ τοὺς συγγραφέας ἄλλοτε ἄλλως ποικίλαι τὰ τοῦ σχηματισμοῦ ῥητέον, τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν εὐφωνίας τε καὶ εὐρυθμίας φροντίζοντας.

2) Praesens optativi verborum contractorum.

Tempus praesens optativi verborum contractorum apud Nostrum nonnisi eam formam habet, quam Atticam appellare solemus, ἀγαπῴην Epist. VI. §. 6. ἐπιτιμῴην Areop. §. 50. c. 19. (vulgo ἐπιτιμῴημεν). τολμῴην Philipp. §. 105. c. 44. Epist. II. §. 16. δοκοίην Philipp. §. 98. c. 40. Panath. §. 22. c. 9. de Antid. §. 35. c. 16. ἐπιχειροίην de Pace §. 56. de Antid. §. 8. c. 4. (vulgo ἐγχειροίην). Trapez. §. 9. Epist. VI. §. 2. μακρολογοίην Paneg. §. 66. παραινοίην Epist. VI. §. 16. ποιοίην Epist. VI. §. 16. Panath. §. 24. c. 9. (ubi vulgo ποιοίμην). πολεμοίην Archid. §. 60.

δηλοίην de Antid. §. 44. c. 17. — ἐπιτιμῴης ad Demon. §. 17. c. 4. διατελοίης Philipp. §. 71. c. 29. δοκοίης ad Demon. §. 12. c. 3. εὐδοκιμοίης ad Demon. §. 17. c. 4. ποιοίης Epist. II. §. 15. φρονοίης Philipp. §. 71. c. 29. Hinc etiam vulgata lectio διοικοίης videtur restituenda ad Nicocl. §. 2. c. 1., ubi Bekkerus e suis codicibus διοικοῖς. τιμῴη Paneg. §. 10. τολμῴη Evag. §. 24. c. 10. de Biga §. 6. c. 3. ἀπαιτοίη de Biga §. 35. c. 14. ἀποστεροίη Hel. §. 40. ἐπιθυμοίη Philipp. §. 77. c. 31. Contra pluralis numeri breviorem formam Isocrates praetulit, neque in tertia solum persona, verum etiam in prima et secunda: ἀποστεροῖμεν adv. Lochit. §. 20. c. 13. διατελοῖμεν Busir. §. 20. c. 8. ἐγκαλοῖμεν de Pace §. 79. εὐδοκιμοῖμεν de Pace §. 19. οἰκοῖμεν de Pace §. 19. ὁμονοοῖμεν ibid. κατηγοροῖμεν Paneg. §. 177. σκοποῖμεν Evag. §. 66. c. 25. (alii σκοπῶμεν). ἐπαινοῖμεν (vulgo ἐπαινοίημεν) Panath. §. 186. c. 75. ἀξιοῖμεν adv. Lochit. §. 20. c. 13. διοικοῖτε (vulgo διοικοίητε) de Antid. §. 79.

3) Aoristus primus optativi activi.

Orellius ad orationem de Antidosi p. 274. merito restituendam censet Atticam formam, si bonus codex eam praebet. Sed contra manuscriptos nihil mutem. Annotabo loca, in quibus vulgaris forma constanter tenetur, aut varietas lectionis obtinet. Secunda et tertia persona singularis ubique formam habent ειας et ειε, sed in tertia pluralis utraque forma tenetur ab optimis codicibus. Nos igitur pro codicum auctoritate locos constituemus. — Sine varietate legitur αιεν in ἀκούσαιεν ad Nicocl. §. 44. c. 12. ὁμολογήσαιεν Cypr. §. 16. c. 5. de Antid. §. 205. τελευτήσαιεν Paneg. §. 84. ἀποκλίναιεν Paneg. §. 163. δείσαιεν Archid. §. 75. ἀποβλέψαιεν Evag. §. 24. c. 10. φήσαιεν de Antid. §. 46. c. 18. §. 210. Epist. IX. §. 15. Panath. §. 118. c. 44. ὑπομείναιεν Plat. §. 38. c. 15. ἀξιώσαιεν de Antid. §. 23. c. 10. τολμήσαιεν de Antid. §. 98. ποιήσαιεν de Antid. §. 185. ἀναλώσαιεν de Antid. §. 225. διαφθείραιεν de Antid. §. 222. §. 252. ἐθελήσαιεν de Antid. §. 229. ἐπιθυμήσαιεν de Antid. §. 275. προκρίναιεν de Antid. §. 250. ὠφελήσαιεν de Antid. §. 258. ἀπολέσαιεν de Biga §. 40.

—ειαν: ἀνταρκέσειαν Archid. §. 56. ἀξιώσειαν Epist. IX, 17. ἀπιστήσειαν Panath. §. 73. ἀπολαύσειαν Paneg. §. 2. ἐλπίσειαν

Panath. §. 3. c. 1. ἐπαινήσειαν Panath. §. 184. c. 74. Evag. §. 38. c. 17. de Antid. §. 36. c. 15. ἐπαρκέσειαν Archid. §. 67. ἐπιπλήξειαν de Antid. §. 288. εὐλογήσειαν Philipp. §. 144. c. 61. ζηλώσειαν de Antid. §. 149. θαυμάσειαν Panath. §. 238. c. 94. de Antid. §. 209. καρτερήσειαν Archid. §. 69. ad Demon. §. 30. καταγελάσειαν Paneg §. 169. καταφρονήσειαν Epist. VI. §. 2. ὁμολογήσειαν Panath. §. 78. c. 26. Philipp. §. 51. c. 20. Evag. §. 40. c. 18. Busir. §. 5. c. 2. de Antid. §. 212. ποιήσειαν Panath. §. 44. c. 16. Evag. §. 37. c. 17. προκρίνειαν de Antid. §. 302. συγκαταθάψειαν Aeginet. §. 31. c. 15. τολμήσειαν Philipp. §. 128. c. 53. φήσειαν Panath. §. 149. c. 60.

Si velis auctoritatem optimi codicis, id est Urbinatis, sequi, Panath. §. 84. c. 31 ἀποδοκιμάσαιεν et ἐπιτιμήσαιεν, Evag. §. 55 κρατήσαιεν cum duobus codicibus, inter quos Urbinas, restituendum erit. — Varietas lectionis etiam his in verbis et locis obtinet: διενέγκοιεν, vulgo διενέγκαιεν, Panath. §. 121. c. 45. ἐπιδείξαιεν, Urbinas ἐπιδείξαιμεν, Panath. §. 150. c. 60. κινήσειαν, vulgo οἰκοδομήσαιεν, Paneg. 156. κρατήσειεν, vulgo κρατήσαιεν, de Biga §. 26. τολμήσειεν, vulgo τολμήσαιεν, Paneg. §. 57. ὠφελήσειεν, vulgo ὠφελήσειαν, adv. Sophist. §. 21. c. 11. μαρτυρήσειαν, Urbinas λοιδορήσαιεν, Aeginet. §. 36. c. 17. ἐγκαλέσειαν, vulgo ἐγκαλέσαιμεν, Panath. §. 101.

4) Aoristus primus optativi passivi.

Forma abbreviata pluralis optativi passivi in — ειην in tertia persona obtinet sola, in persona prima nunc quidem dominatur. Loca sunt haec: ἀναγκασθεῖμεν, vulgo ἀναγκασθείημεν, Paneg. §. 99. ἀξιωθεῖμεν, vulgo ἀξιωθείημεν, ibid. βουληθεῖμεν, vulgo βουληθείημεν, Paneg. §. 160. Philipp. §. 97. c. 40. de Pace §. 18. §. 133. δυνηθεῖμεν, vulgo δυνηθείημεν, Panath. §. 236. c. 93. de Pace §. 24. §. 69. de Antid. §. 155. εὑρεθεῖμεν, vulgo εὑρεθείημεν, de Antid. §. 158. §. 171, quo loco vulgo legebatur εὑρεθείημεν, in ΓΔ vero εὑρέθημεν. θαυμασθεῖμεν, vulgo θαυμασθείημεν, de Antid. §. 219. καταφρονηθεῖμεν, vulgo καταφρονηθείημεν, ibid. — μισηθεῖμεν, vulgo μισηθείημεν, ibid. — λυπηθεῖμεν, vulgo λυπηθείημεν, Archid. §. 47. παιδευθεῖμεν, vulgo παιδευθείημεν, de Pace §. 63. φανεῖμεν, vulgo φανείημεν, de Pace §. 89. de Antid. §. 84.

Etiamnum legitur *βουληθείημεν* Busir. §. 20. c 8. *δυνηθείημεν* de Pace §. 69. *ἡσθείημεν* de Antid. §. 218. *μνησθείημεν* Archid. §. 47 et §. 57. Secundae personae hoc tantum invenitur exemplum *πεισθείητε*, vulgo *πεισθήσεσθε*, Aeginet. §. 16. cap. 8.

Verborum in *μι*, quae huius terminationis sunt, legimus in Isocrate *ἀποσταίημεν* Archid. §. 57. *εἰδεῖμεν*, vulgo *εἰδείημεν*, de Antid. §. 271. *καταγνοίημεν* Archid. §. 70. *καταγνοίητε* Callim. §. 65. c. 24.

5) Futurum verborum contractorum.

Archid. §. 87. *διατελοῦμεν*, vulgo *διατελέσομεν*. Hoc unicum exemplum est futuri Attici verborum in *εω* apud Isocratem. [Adde *ἐγκαλῶν* Trapez. §. 56. *Πασίωνα ἦλθον συκοφαντήσων καὶ ψευδεῖς αὐτῷ παρακαταθήκας ἐγκαλῶν*. V. C. F. R.]. Fortasse quis legendum existimet Epist. II. §. 11. pro *ἐξαρκέσει σοι* — *ἐξαρκεῖ σοι* lectione nixus Urbinatis *ἐξαρκέσοι*. Sed non probandum, praesertim quum forma vulgaris *ἀρκέσει* legatur etiam in Callim. §. 41. c. 17. Item dixit *ἐπαινέσεσθαι* de Pace §. 140. Panath. §. 109. c. 41. *ἐπαινέσονται*, vulgo *ἐπαινέσουσι* Epist. II. §. 21. Contra ea verba polysyllaba in *ζω* semper formant futurum in *ιῶ*, nisi quod Plat. §. 44. c. 18. codex Urbinas offerat *νομίσουσιν* pro celerorum *νομιοῦσιν*.

Excursus III.

TMESES.

Archid. §. 4. *μηδὲ περὶ ἑνὸς* pro vulgato *περὶ μηδενός*. Isocrates amat casus obliquos nominum *οὐδεὶς* et *μηδεὶς* per praepositiones separare: *μηδ' ἐξ ἑνὸς τρόπου* Philipp. §. 3. c. 2. *οὐδὲ* (*μηδὲ*) *περὶ ἑνός* Archid. §. 25. Evag. §. 52. c. 21. Panath. §. 160. c. 65. §. 213. c. 84. *οὐδ'* (*μηδ'*) *ὑφ' ἑνός* Cypr. §. 32. c. 9. Panath. §. 127. c. 49. de Antid. §. 110. *οὐδ'* (*μηδ'*) *ἐν μιᾷ* de Antid. §. 238. ad Nicocl. §. 19. c. 6., vulgo *ἐν μηδεμιᾷ*. *οὐδὲ περὶ ἕνα* de Antid. §. 164. *μηδὲ πρὸς μίαν* Philipp. §. 35. c. 13.

οὐδὲ (μηδὲ) περὶ ἓν Archid. §. 76. Evag. §. 43. c. 19. οὐδὲ (μηδὲ) πρὸς ἓν Cypr. §. 51. c. 12. Evag. §. 44. c. 19. Hel. §. 6. c. 4. Panath. §. 111. c. 41. §. 215. c. 85. Busir. §. 16. c. 8., vulgo πρὸς οὐδέν. — μηδ᾽ ἐν ἑτέροις ad Demon. §. 42. — Non separatam formam praecedit praepositio: περὶ μηδενός Callim. §. 63. c. 24. ὑπὲρ οὐδενός Archid. §. 91. c. 39. ἐπ᾽ οὐδενί Panath. §. 201. c. 81. ἐπί vulgo deest. πρὸς οὐδένα Philipp. §. 12. c. 5. δι᾽ οὐδὲν ἕτερον Panath. §. 15. c. 6. μηδὲν δι᾽ ἕτερον Panath. §. 23. c. 9. μηδὲν δι᾽ ἄλλο Panath. §. 216. c. 85. εἰς οὐδέν Panath. §. 188. c. 75. περὶ οὐδέν Panath. §. 64. c. 23. §. 188. c. 76. — Nominativus οὐδεὶς separatur per particulam ἂν Antid. §. 223. Euth. §. 21. c. 14. οὐδ᾽ εἷς Paneg. §. 161. suspectum est, quum οὐδὲ εἷς nunquam elidatur, si fides Buttmanno Gr. ampl. §. 70. not. 6. p. 281. Accedit, quod in Ambrosiano codice legitur οὐδείς.

Excursus IV.

NOMINA ARTICULO DESTITUTA.

a) Urbium nomina plerumque. Archid. §. 58 Μεσσήνην pro vulgato τὴν Μεσσήνην. Semel legitur cum articulo τὰς Θήβας Plat. §. 9. c. 6. Λακεδαίμων nonnullis locis Archidami articulum habet, nempe §. 12. §. 90. §. 108. Σπάρτη frequentius eum habet quam omittit. Regionum nomina terminata in ις, ας et ικη ubique habent articulum. Eorum, quae terminantur in ια, articulum omittunt haec: Θετταλία, Ἰταλία, Καρία, Λυκία, Μακεδονία, Σικελία, Συρία, Φρυγία, assumunt ἡ Ἀσία, ἡ Εὐρώπη, ἡ Βοιωτία, ἡ Λυδία, modo assumunt, modo omittunt Ἰωνία et Κιλικία, Εὔβοια, Θρᾴκη, Πελοπόννησος et Ἑλλήσποντος, quae articulum modo assumit Paneg. §. 89. Πειραιεύς, qui articulo destitutus est in quibusdam locis adv. Callim.

b) Nomina propria populorum et incolarum urbium paucis exceptis, quae sunt οἱ Ἕλληνες et οἱ Ἴωνες Paneg. §. 122. §. 156. Loca singula haec sunt: ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις Archid. §. 30. τῆς πόλεως τῶν Ἀργείων de Biga §. 1. τὴν τῶν Φοινίκων ἀρχήν

Evag. §. 47. c. 20. τοὺς Θεσπιέας καὶ τοὺς Ταναγραίους Plat. §. 9. c. 6. τὸν τῶν Λακεδαιμονίων ἐπαινέτην Panath. §. 234. c. 93. Dubius est locus Cypr. §. 24. c. 6. τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων, ubi τῶν Ἀθηναίων omittit Urbinas, et Bekkerus mavult τὴν Ἀθηναίων. τὸν νόμον τῶν Αἰγινητῶν Aeginet. §. 12. c. 4. τὸν βασιλέα τῶν Ἀργείων Panath. §. 173. c. 71. Quibus fortasse locis legendum τὸν pro τῶν.

c) ἐν ἀκροπόλει Trapez. §. 34. Hac in oratione ἀκρόπολις articulum nunquam habet: conf. §. 18. §. 20. Aliis in orationibus non item: conf. Philipp. c. 62. §. 146. εἰς τὴν ἀκρόπολιν, de Pace §. 47. τῆς ἀκροπόλεως. §. 126. εἰς τὴν ἀκρόπολιν. de Antid. §. 234. εἰς τὴν ἀκρόπολιν. §. 307. τὴν ἀκρόπολιν. §. 319. τὴν ἀκρόπολιν.

Excursus V.

ἄλλ' ἢ et ἀλλ' ἤ.

Haec formula sine dubio scribenda est ἄλλ' ἤ. Est scilicet ἄλλο ἤ. Perspicuum est ex his locis: Panath. §. 152. c. 62. τῶν οὐδὲν ἄλλο ποιεῖν ἢ τοῦτο δυναμένων. Philipp. §. 128. c. 53. τῶν οὐδὲν ἄλλο δυναμένων ἢ τοῦτο ποιεῖν. Plat. §. 16. ὁ γὰρ τούτων λόγος οὐδὲν ἄλλ' ἢ τοῦτο φανήσεται δυνάμενος. Accentus restituendus videtur his locis: de Pace §. 37. οὐδὲν ἀλλ' ἢ συμβουλεύουσιν ἡμῖν, i. e. οὐδὲν ἄλλο ποιοῦσιν ἤ. de Antid §. 297. οὐδὲν γὰρ ἀλλ' ἢ φανερῶς ὑμῶν αὐτῶν ἔσεσθε κατεψηφισμένοι. Callim. §. 32. οὐδεὶς ἂν ἀλλ' ἢ τὴν ἡμετέραν γνώμην αἰτιάσαιτο. Dubia vero scribendi ratio est his locis: de Antid. §. 91. ὡς οὐχ οἷόν τ' εἰπεῖν ἀλλ' ἢ κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων. Callim. §. 41. c. 17. ad Nicocl. §. 32. c. 9. τὴν δ' οὐχ οἷόν τε ἀλλ' ἢ τοὺς διενεγκόντας κτήσασθαι. Conf. Wurmius in commentario ad Dinarchi orationes tres. pag. 70 — 75.

Excursus VI.

ALLITERATIO.

Alliteratio, quam auctor ad Herennium assimilationem vel adnominationem vocat, est ea figura, qua nomina in sono et forma aliquid similitudinis habentia, sensu dissimilia, componimus vel sibi opponimus in oratione. Exempla apud Isocratem multa et apta habet Orellius ad Antid. p. 224. Nos plura apud Isocratem colligemus: κτησαμένους — χρησαμένους Nic. §. 26. φθονοῦσι μὲν τοῖς εὖ φρονοῦσιν Nic. §. 46. γιγνωσκομένους — γιγνομένους Paneg. §. 49. πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης Paneg. §. 89. ζηλοῦντες — ζητοῦντες Paneg. §. 91. ἅμα γὰρ ἡμεῖς τε τῆς ἀρχῆς ἀπεστερούμεθα καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἀρχὴ τῶν κακῶν ἐγίγνετο Paneg. §. 119. πεμφθέντες ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ὑπὲρ τῶν βαρβάρων ἐποιήσαντο τὰς συνθήκας Paneg. §. 177. φήμην καὶ μνήμην Paneg. §. 186. τῶν κακῶν ὧν αὐτοί τε ἔχουσι καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχουσι Philipp. §. 122. c. 50. τετμῆσθαι — πεπορθῆσθαι — γεγενῆσθαι Archid. §. 66. αἱ μὲν κτήσεις — αἱ δὲ χρήσεις Areop. §. 35. c. 12. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα μετὰ τοσαύτης ἀσφαλείας διῆγεν, ubi Coraës διὰ ταῦτα sine codd. delet, Areop. §. 52. c. 20. περὶ τῶν αὐτῶν τῆς αὐτῆς ἡμέρας οὐ ταὐτὰ γιγνώσκομεν de Pace §. 52., ubi Dionysius etiam melius τὰ αὐτά. τῶν κακῶν ὧν αὐτοί τ' ἔχομεν καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχομεν de Pace §. 64. τάς τε βοῦς τὰς ἐκ τῆς Ἐρυθείας ἀγαγεῖν καὶ τὰ μῆλα τὰ τῶν Ἑσπερίδων ἐνεγκεῖν καὶ τὸν Κέρβερον ἀναγαγεῖν Hel. §. 24. c. 18. οὐ γὰρ ἐπίδειξιν τοῖς ἄλλοις ποιούμενος, ἀλλ' ὑποδεῖξαί σοι βουλόμενος Bus. §. 44. c. 18. τόν γε λόγον ὃν συνέγραψας οὐκ ἀπολογίαν ὑπὲρ Βουσίριδος, ἀλλ' ὁμολογίαν τῶν ἐπικαλουμένων δικαίως ἄν τις εἶναι νομίσειεν ibid. — ταῖς πόλεσι παριστάναι, μὴ τὰς μικρὰς ταῖς μεγάλαις, μηδὲ τὰς πάντα τὸν χρόνον ὑφ' ἑτέραις οὔσας ταῖς ἄρχειν εἰθισμέναις, μηδὲ τὰς σώζεσθαι δεομένας πρὸς τὰς σώζειν δυναμένας Panath. §. 40. c. 14. ὥσθ' ἡγεῖσθαι τὴν μὲν ἀκολασίαν δημοκρατίαν, τὴν δὲ παρανομίαν ἐλευθερίαν, τὴν δὲ παῤῥησίαν ἰσονομίαν, τὴν δ' ἐξου-

σίαν τοῦ ταῦτα ποιεῖν εὐδαιμονίαν Areop. §. 20. c. 8. τοὺς μὲν γὰρ ὑποδεέστερον πράττοντας ἐπὶ τὰς γεωργίας καὶ τὰς ἐμπορίας ἔτρεπον, εἰδότες τὰς μὲν ἀπορίας διὰ τὰς ἀργίας γιγνομένας, τὰς δὲ κακουργίας διὰ τὰς ἀπορίας Areop. §. 44. c. 17. οὓς νῦν εὐφυεῖς προσαγορεύουσιν, ἐκεῖνοι δυςτυχεῖς ἐνόμιζον Areop. §. 49. c. 18. ἡγούμενοι κρεῖττον εἶναι τοῖς πολεμίοις τὴν πατρίδα παραδοῦναι μᾶλλον ἢ τοῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατευομένοις τῆς πολιτείας μεταδοῦναι de Biga §. 17. c. 7. τὰ μὲν ὑφ' ὑμῶν, τὰ δὲ μεθ' ὑμῶν, τὰ δὲ δι' ὑμᾶς, τὰ δ' ὑπὲρ ὑμῶν ibid. §. 41. c. 16. ὁμολογῶ καὶ τούτῳ προςομολογῆσαι Trapez. §. 39. καὶ ἡμᾶς διδάσκειν καὶ ὑμᾶς δικάζειν Euth. 4. τῷ μὲν οὐδὲν πλέον ἦν ἐγκαλοῦντι, τῷ δὲ οὐδὲν ἦν δέος ἀποστεροῦντι Euth. 7. ἀντὶ δὲ τῆς αὐτονομίας εἰς πολλὰς καὶ δεινὰς ἀναμίας ἐμπεπτώκασιν Archid. §. 64.

EXCURSUS VII.

PLURALES RARIORES.

πλοῦτοι. Langius ad Areop. §. 4. c. 2., ubi legitur τοῖς πλούτοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια, an pluralis, inquit, πλούτοις alibi occurrat, nescio. Nos haec loca notamus, in quibus nulla varietas obtinet: ad Nicocl. §. 5. c. 1. Paneg. §. 151. §. 182. de Pace §. 6. §. 117. Panath. §. 196. c. 79. Hac occasione oblata colligemus locos omnes, in quibus obtinet pluralis rarior:

Ἀλήθειαι de Pace §. 38. Evag. §. 5. c. 2. de Antid. §. 170. §. 260. §. 283. ad Nicocl. §. 20. c. 7. ἀργίαι Areop. §. 44. c. 17. Evag. §. 42. c. 19. αὐθάδειαι Archid. §. 98. δυναστεῖαι Paneg. §. 22. §. 39. §. 67. §. 81. et passim. ἔνδειαι de Pace §. 90. §. 128. alibi. εὐπορίαι Archid. §. 73. §. 79. alibi. de Pace §. 124. §. 145. alibi. θάνατοι Archid. §. 89. Loch. §. 8. Cypr. §. 32. ἰσηγορίαι Archid. §. 97., ubi Bekkerus cum Coraë malit τῆς ἰσηγορίας pro τὰς ἰσηγορίας. ἰσότητες Areop. §. 21. c. 8. §. 60. §. 61. c. 24. Cypr. §. 15. c. 5. καινότητες ad Nicocl. §. 41. c. 12. καρτερίαι Evag. §. 42. c. 19. μετριότητες Paneg. §. 11. ad Nicocl. §. 33. c. 9. Epist. III,

4. πενίαι de Pace §. 128. de Antid. §. 120. πραότητες Philipp. §. 116. c. 49. de Antid. §. 214. σεμνότητες Archid. §. 98. φιλανθρωπίαι: προτρέπειν ἐπὶ τὰς εὐεργεσίας τὰς τῶν Ἑλλήνων καὶ πραότητα καὶ φιλανθρωπίαν. Sic Bekkerus e codd. omnibus pro vulgato πραότητας καὶ φιλανθρωπίας Philipp. §. 116. c. 49. φόβοι Philipp. §. 34. c. 12. Cypr. §. 52. c. 12. alibi. χαλεπότητες Philipp. §. 116. c. 49. Conf. Bernhardy Syntax p. 63.

Excursus VIII.

OPPOSITIONES NON ANXIAE, QUARUM MULTAE E BONIS CODICIBUS TOLLI POSSUNT, MAXIME MEMORABILES.

Ad Nicocl. §. 20. c. 7. τίμα ταῖς μὲν ἀρχαῖς τῶν φίλων τοὺς οἰκειοτάτους, ταῖς δὲ ἀληθείαις αὐταῖς τοὺς εὐνουστάτους. Sic Bekkerus ex Urbinate pro lectione vulgata τίμα ταῖς μὲν ἀρχαῖς τῶν τιμῶν τοὺς οἰκειοτάτους, ταῖς δὲ ἀληθεστάταις τοὺς εὐνουστάτους, ubi alii aliud voluerunt, Langius autem ἀρχαῖς τῶν τιμῶν explicavit capitibus honorum, i. e. primariis honoribus. Nemo autem negabit lectionem Bekkeri esse verissimam hac sententia: Honora potestatibus amicorum familiarissimos, veritate autem ipsa benevolentissimos. Amici enim fideles honorari se volunt non opibus neque muneribus, sed ipsa veritate; alii autem nihil spectant nisi honores et munera, sed ubique simulant se esse familiarissimos. Paneg. §. 91. καὶ τὸ πρότερον δι' ἀρετήν, ἀλλ' οὐ διὰ τύχην ἐνίκησαν. Sic Urbinas et Ambrosianus pro vulgato διὰ τὴν τύχην, ut Areop. §. 11. c. 4. ἢ διὰ τύχην ἢ δι' ἀνδρὸς ἀρετήν. Evag. §. 45. c. 19. μέγα φρονῶν οὐκ ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς δι' αὐτὸν γιγνομένοις ἀγαθοῖς. Panath. §. 32. c. 11. καὶ μὴ μᾶλλον χαίροντας τοῖς διὰ τύχην ὑπάρξασιν ἀγαθοῖς ἢ τοῖς διὰ τὴν αὑτῶν φύσιν καὶ φρόνησιν ἐξ ἀρχῆς γιγνομένοις. Cypr. §. 47. c. 11. οἱ τύχῃ καὶ μὴ γνώμῃ σωφρονοῦντες. Paneg. §. 132. τοὺς φύσει καὶ μὴ διὰ τύχην μέγα φρονοῦντας. Paneg. §. 41. διδούσης Ἥρας μὲν ἁπάσης αὐτῷ τῆς Ἀσίας βασιλεύειν, Ἀθηνᾶς δὲ κρατεῖν ἐν τοῖς πολέμοις, Ἀφροδίτης δὲ τὸν γάμον τὸν Ἑλένης, ubi post infinitivos βασιλεύειν et κρατεῖν sequitur γάμον, ut pro βασιλεύειν vulgo βασιλείαν legitur.

Excursus IX.

Οὐ μόνον — ἀλλά, et οὐ μόνον — ἀλλὰ καί.

Archid. §. 69. οὐ μόνον ἢν μαχόμενοι νικήσωμεν, ἀλλ' ἐὰν ἡσυχίαν ἔχοντες περιμείνωμεν. Sic Bekkerus pro vulg. ἀλλὰ κἂν κ. τ. λ. Hermannus ad Vig. p. 837, simpliciter ubi post οὐ μόνον, inquit, ponitur ἀλλὰ sine καί, gradatio est, qua in re Latini quoque sed sine etiam dicunt. Nos usum Isocratis constituere tentabimus. Hoc inprimis videtur esse tenendum, καὶ tum debere poni; ubi diversa diversis adduntur, omitti autem, ubi parti totum vel minoribus maiora opponantur. Dicendum igitur erit οὐ μόνον σέ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους, sed οὐ μόνον σέ, ἀλλὰ πάντας. Formulae οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ hac ratione adhibitae exemplis opus non est, sunt enim frequentissima. οὐ μόνον — ἀλλὰ vero sic legimus Philipp. §. 146. c. 62. οὐ μόνον ἐπὶ τούτων αὐτοὺς ὄψει τὴν γνώμην ταύτην ἔχοντας, ἀλλ' ἐπὶ πάντων ὁμοίως. Panath. §. 45. c. 16. χώραν οὐ μόνον ἱκανήν, ἀλλ' ὅσην οὐδεμίαν πόλιν τῶν Ἑλληνίδων. §. 87. c. 31. οὐ μόνον ἂν εὑρεθείην ἐπὶ τοῖς νῦν λεγομένοις ταύτην ἔχων τὴν διάνοιαν, ἀλλ' ὁμοίως ἐπὶ πάντων. de Antid. §. 74 οὐ μόνον μικροῖς μέρεσιν, ἀλλ' ὅλοις εἴδεσι. ibid. §. 175. οὐ τοῦτον χρὴ μόνον κολάζειν . . . ., ἀλλὰ πάντας ἐκποδὼν ποιεῖσθαι. Callim. §. 47. c. 19. οὐ μόνον τηλικαύταις ζημίαις κολάζειν . . . ., ἀλλὰ ταῖς ἐσχάταις. de Pace §. 16. μὴ μόνον πρὸς Χίους καὶ Ῥοδίους καὶ Βυζαντίους, ἀλλὰ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους (sic Bekkerus ex Urbinate, vulgo ἀλλὰ καὶ πρός). Areop. §. 19. c. 6. μὴ συλλήβδην μόνον ἀκηκοότες, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδότες. Evag. §. 3. c. 1. οὐ μόνον ἀντὶ τῶν τοιούτων ἐπαινεῖσθαι βουλομένους, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀποθνήσκειν εὐκόλως αἱρουμένους. — Praeterea καὶ etiam omittitur ubicunque constructio verborum mutatur, praecipue ubi quae post ἀλλὰ sequuntur in plures partes divisa sunt, et ante coniunctionem. Paneg. §. 188. μὴ μόνον ἀκροατὰς γενομένους ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τοὺς μὲν . . ., τοὺς δὲ κ. τ. λ. Philipp. §. 153. c. 64. τοὺς μὴ μόνον ἐν τῷ παρόντι κεχαρισμένως διειλεγμένους, ἀλλ' οἵτινες ἂν κ. τ. λ. Evag. §. 9. c. 3. μὴ μόνον τοῖς τεταγμένοις ὀνόμασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν ξένοις, τὰ δὲ καινοῖς, τὰ δὲ μεταφοραῖς. §. 17. c. 7. οὐ γὰρ ἐν ταῖς αὐτῶν πόλεσι μόνον ἐπρώτευσαν . . . ., ἀλλὰ στρατείας κ. τ. λ.

Panath. §. 39. c. 14. μὴ μόνον περὶ αὐτῆς ποιεῖσθαι τοὺς λόγους . . ., ἀλλ᾽ ὥσπερ κ. τ. λ. Plat. §. 35. c. 15. ὧν οὐκ ἄρχειν μόνον ἀδίκως ἐπιχειροῦσιν, ἀλλὰ τῶν μὲν κ. τ. λ. Cypr. §. 12. c. 4. οὐ μόνον διὰ τὴν ἀνάγκην, οὐδ᾽ ὅτι . . ., ἀλλ᾽ ὅτι κ. τ. λ. ibid. §. 30. c. 8. οὐ μόνον ἡμᾶς τὸ καθ᾽ αὑτὰς ὠφελοῦσιν, ἀλλ᾽ εἰ θέλομεν κ. τ. λ. Trapez. §. 33. c. 16. οὐ μόνον διὰ τοῦτο, ὅτι . . ., ἀλλ᾽ ὅτι κ. τ. λ. Callim. §. 31. c. 14. οὐ μόνον περὶ τῶν ἐπιγεγραμμένων χρημάτων ἐστὶν οὗτος ὁ ἀγών, ἀλλ᾽ ἐμοὶ μὲν κ. τ. λ. Conf. de Antid. §. 75. Archid. §. 87. Transposita est vocula καὶ Aeginet. §. 16. c. 8. μὴ μόνον ὡς κατὰ τοὺς νόμους, ἀλλ᾽ ὡς καὶ δικαίως ταῦτ᾽ ἔπραξεν, quod rectius dici oportebat ὡς μὴ μόνον κατὰ τοὺς νόμους, ἀλλὰ καὶ δικαίως ταῦτ᾽ ἔπραξεν. — Restat, ut ea quoque afferamus, quae regulae ab initio propositae adversantur, saltem adversari videntur. Interdum ἀλλὰ καὶ positum videmus etiam quum totum parti opponitur, v. c. de Pace §. 136. οὐ μόνον εὐδαίμονα ποιήσετε ταύτην τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας, ubi Urbinas τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἅπαντας. Paneg. §. 83. οὐ μόνον τὰς αὑτῶν πατρίδας διέσωσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν σύμπασαν Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν. Philipp. §. 23. c. 8 οὐ μόνον σὲ καὶ τὴν πόλιν . . ., ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. Areop. §. 84. c. 39. σωτῆρας οὐ μόνον τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων γενήσεσθαι. Mirum est quod legitur Panath. §. 32. c. 11. μὴ μόνον πρὸς ἓν τούτων, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντα ταῦτα, ubi καὶ melius abfuerat.

EXCURSUS X.

SYNESIS.

Paneg. §. 90. ἀπήντων . . . Λακεδαιμόνιοι μὲν εἰς Θερμοπύλας πρὸς τὸ πεζὸν . . . ὡς ἐν τοῖς στενοῖς κωλύσοντες αὐτοὺς περαιτέρω προελθεῖν. Hoc est schema πρὸς τὸ νοούμενον vel πρὸς τὸ σημαινόμενον (Grammatici synesin vocant). Schema frequen-

tissimum apud Isocratem. Saepe enim ad praecedens nomen collectivum singularis numeri pronomen aut aliae orationis partes ita referuntur, quasi eadem notio plurali numero et masculino genere expressa praecessisset, v. c. ad Nicocl. §. 15. *μελέτω σοι τοῦ πλήθους, καὶ περὶ παντὸς ποιοῦ κεχαρισμένως αὐτοῖς ἄρχειν.* — Cypr. §. 37. c. 10. *φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἄρχοντας τοὺς αὐτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας.* Philipp. §. 147. c. 62. *ἐκ μὲν τούτων πολλαὶ κατηγορίαι κατ' αὐτῆς* (sc. *τῆς πόλεως ἡμῶν*) *γεγόνασιν, ἐκ δὲ τῆς Μαραθῶνι μάχης . . . καὶ μάλισθ' ὅτι τὴν αὐτῶν ἐξέλιπον . . . . ἅπαντες αὐτὴν ἐγκωμιάζουσιν.* (*αὐτὴν* recte omissum videtur ab Urbinate). Areop. §. 67. c. 27. *οὐδὲ τὴν πραότητα δικαίως ἄν τις ἐπαινέσειε τὴν ἐκείνων μᾶλλον ἢ τὴν τοῦ δήμου. οἱ μὲν γὰρ . . . ἠνάγκασαν· οἱ δὲ κρατήσαντες . . . διῴκησαν.* Philipp. §. 101. c. 42. *Αἴγυπτος γὰρ ἀφειστήκει . . ., οὐ μὴν ἀλλ' ἐφοβοῦντο κ. τ. λ.* Evag. §. 49. c. 20. *τὸν τόπον ὅλον . . . ἐπὶ πραότητα καὶ μετριότητα προήγαγεν. πρὶν μέν γε λαβεῖν Εὐαγόραν τὴν ἀρχὴν οὕτως ἀπροσοίστως καὶ χαλεπῶς εἶχον κ. τ. λ.* Evag. §. 51. c. 21. *τῷ μὲν γὰρ ἦν φύσει πατρίς* (sc. *ἡ ἡμετέρα πόλις*), *τὸν δὲ διὰ πολλὰς καὶ μεγάλας εὐεργεσίας νόμῳ πολίτην ἐπεποίηντο.* Areop. §. 51. c. 20 *ἧς ἐπιστατούσης οὐ δικῶν . . . ἡ πόλις ἔγεμεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἡσυχίαν εἶχον καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας εἰρήνην ἦγον.* Panath. §. 61. c. 21. *τὴν ὑπὲρ αὐτῆς πολεμήσασαν ἄμεινον τῆς εὐδοκιμούσης περὶ τὰ τοιαῦτα καὶ τὰς συμφορὰς θᾶττον διαλυσαμένην τῶν αὐτῶν τούτων.* Panath. §. 139. c. 56. *ἃ μαθὼν ὁ δῆμος . . . μᾶλλον τούτῳ προσεῖχεν ἢ τοῖς ἄλλοις, ὅπως λήψεται τοὺς ἡγεμόνας δημοκρατίας μὲν ἐπιθυμοῦντας, τὸ δ' ἦθος τοιοῦτον ἔχοντας οἷόν περ οἱ πρότερον ἐπιστατοῦντες αὐτῶν, καὶ μὴ λήσουσι σφᾶς αὐτοὺς κ. τ. λ.* Panath. §. 170. c. 70. *ὁ δῆμος ἔπεμψε πρεσβείαν εἰς Θήβας, περὶ τῆς ἀναιρέσεως συμβουλεύσοντας . . . κἀκεῖνο ὑποδείξοντας κ. τ. λ.* Panath. §. 177. c. 73. *τὸ δὲ τρίτον μέρος αὐτῶν, οὓς καλοῦμεν νῦν Λακεδαιμονίους, στασιάσαι μέν φασιν αὐτούς.* ibid. §. 178. *τὸν δῆμον περιοίκους ποιήσασθαι καταδουλωσαμένους αὐτῶν τὰς ψυχὰς κ. τ. λ.* de Antid. §. 85. §. 155. de Biga §. 6. c. 3. *λέγοντες, ὡς ὁ πατὴρ μὲν συνάγοι τὴν ἑταιρείαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν, οὗτοι δ' κ. τ. λ.* Huc etiam pertinent ea exempla,

ubi ad singularem pronominis τὶς aliud pronomen in numero plurali refertur, Areop. §. 63. c. 26. εἰ δέ τι καλὸν ἢ σεμνὸν διαπέπρακται, ταῦτα δὲ παραλείπειν. de Pace §. 44. οἷς ὁπόταν τις διδῷ πλείω μισθόν, μετ' ἐκείνων (sic Urbinas cum Ambrosiano, Bekkerus cum ceteris ἐκείνου) ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσιν. — Interdum autem numero non mutato quum abstractum nomen pro concreto posuerit scriptor, sequens pronomen huius genus sequitur. De Pace §. 143. μιμήσασθαι τὰς ἐν Λακεδαίμονι βασιλείας (sic Urbinas, Ambros. et Laurent. in Antid., Bekkerus τὴν . . . βασιλείαν), ἐκείνοις γὰρ κ. τ. λ. Evag. §. 49. c. 20. τοιαύτης φύσεως, ὃς κ. τ. λ. — Alia praeterea rarioris syneseos exempla in Isocratis scriptis reperiuntur Paneg. §. 110. φάσκοντες μὲν λακωνίζειν, τἀναντία δ' ἐκείνοις (scil. Λακεδαιμονίοις, quod e verbo λακωνίζειν supplendum) ἐπιτηδεύοντες. Paneg. §. 134. ἀμελήσαντας τὴν Ἀσίαν καρποῦσθαι, καὶ τῷ μὲν (scil. τῷ Περσῶν βασιλεῖ, ut recte explicavit Coraës) οὐδὲν προὐργιαίτερόν ἐστιν κ. τ. λ. §. 184. τοὺς μὴ παντάπασιν ἀνάνδρως διακειμένους, ἀλλὰ μετρίως τούτῳ τῷ πράγματι χρωμένους, i. e. τῇ ἀνδρίᾳ. de Antid. §. 195. τοῖς αὐτοῖς λόγοις χρώμενος ἀκμάζων καὶ παυόμενος αὐτῆς, ubi non opus quod Bekkerus maluit ἀκμῆς: hoc enim supplendum ex ἀκμάζων. Aeginet. §. 9. c. 2. μετὰ ταῦτ' ἔγημεν ἐκ Σερίφου παρ' ἀνθρώπων πολὺ πλείονος ἀξίων . . ., ἐξ ἧς ἐγένετο Σώπολις. Ad ἧς supplendum est γυναικός, quod continetur in verbo ἔγημεν, i. e. γυναῖκα ἠγάγετο. Exemplorum seriem claudat locus ex Epistola VIII, 4. τὴν μὲν πόλιν ὑμῶν ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖσθαι μουσικωτάτην εἶναι καὶ τοὺς ὀνομαστοτάτους ἐν αὐτῇ (scil. τῇ μουσικῇ) παρ' ὑμῖν τυγχάνειν γεγονότας.

---

tissimum apud Isocratem. Saepe enim ad praecedens nomen collectivum singularis numeri pronomen aut aliae orationis partes ita referuntur, quasi eadem notio plurali numero et masculino genere expressa praecessisset, v. c. ad Nicocl. §. 15. *μελέτω σοι τοῦ πλήθους, καὶ περὶ παντὸς ποιοῦ κεχαρισμένως αὐτοῖς ἄρχειν.* — Cypr. §. 37. c. 10. *φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἄρχοντας τοὺς αὐτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας.* Philipp. §. 147. c. 62. *ἐκ μὲν τούτων πολλαὶ κατηγορίαι κατ' αὐτῆς* (sc. *τῆς πόλεως ἡμῶν*) *γεγόνασιν, ἐκ δὲ τῆς Μαραθῶνι μάχης . . . καὶ μάλισθ' ὅτι τὴν αὐτῶν ἐξέλιπον . . . . ἅπαντες αὐτὴν ἐγκωμιάζουσιν.* (*αὐτὴν* recte omissum videtur ab Urbinate). Areop. §. 67. c. 27. *οὐδὲ τὴν πραότητα δικαίως ἄν τις ἐπαινέσειε τὴν ἐκείνων μᾶλλον ἢ τὴν τοῦ δήμου· οἱ μὲν γὰρ . . . ἠνάγκασαν· οἱ δὲ κρατήσαντες . . . διῴκησαν.* Philipp. §. 101. c. 42. *Αἴγυπτος γὰρ ἀφειστήκει . . ., οὐ μὴν ἀλλ' ἐφοβοῦντο κ. τ. λ.* Evag. §. 49. c. 20. *τὸν τόπον ὅλον . . . ἐπὶ πραότητα καὶ μετριότητα προήγαγεν. πρὶν μέν γε λαβεῖν Εὐαγόραν τὴν ἀρχὴν οὕτως ἀπροσοίστως καὶ χαλεπῶς εἶχον κ. τ. λ.* Evag. §. 51. c. 21. *τῷ μὲν γὰρ ἦν φύσει πατρίς* (sc. *ἡ ἡμετέρα πόλις*), *τὸν δὲ διὰ πολλὰς καὶ μεγάλας εὐεργεσίας νόμῳ πολίτην ἐπεποίηντο.* Areop. §. 51. c. 20 *ἧς ἐπιστατούσης οὐ δικῶν . . . ἡ πόλις ἔγεμεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἡσυχίαν εἶχον καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας εἰρήνην ἦγον.* Panath. §. 61. c. 21. *τὴν ὑπὲρ αὐτῆς πολεμήσασαν ἄμεινον τῆς εὐδοκιμούσης περὶ τὰ τοιαῦτα καὶ τὰς συμφορὰς θᾶττον διαλυσαμένην τῶν αὐτῶν τούτων.* Panath. §. 139. c. 56. *ἃ μαθὼν ὁ δῆμος . . . μᾶλλον τούτῳ προςεῖχεν ἢ τοῖς ἄλλοις, ὅπως λήψεται τοὺς ἡγεμόνας δημοκρατίας μὲν ἐπιθυμοῦντας, τὸ δ' ἦθος τοιοῦτον ἔχοντας οἷόν περ οἱ πρότερον ἐπιστατοῦντες αὐτῶν, καὶ μὴ λήσουσι σφᾶς αὐτοὺς κ. τ. λ.* Panath. §. 170. c. 70. *ὁ δῆμος ἔπεμψε πρεσβείαν εἰς Θήβας, περὶ τῆς ἀναιρέσεως συμβουλεύσοντας . . . κἀκεῖνο ὑποδείξοντας κ. τ. λ.* Panath. §. 177. c. 73. *τὸ δὲ τρίτον μέρος αὐτῶν, οὓς καλοῦμεν νῦν Λακεδαιμονίους, στασιάσαι μέν φασιν αὐτούς.* ibid. §. 178. *τὸν δῆμον περιοίκους ποιήσασθαι καταδουλωσαμένους αὐτῶν τὰς ψυχὰς κ. τ. λ.* de Antid. §. 85. §. 155. de Biga §. 6. c. 3. *λέγοντες, ὡς ὁ πατὴρ μὲν συνάγοι τὴν ἑταιρείαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν, οὗτοι δ' κ. τ. λ.* Huc etiam pertinent ea exempla,

ubi ad singularem pronominis τὶς aliud pronomen in numero plurali refertur, Areop. §. 63. c. 26. εἰ δέ τι καλὸν ἢ σεμνὸν διαπέπρακται, ταῦτα δὲ παραλείπειν. de Pace §. 44. οἷς ὁπόταν τις διδῷ πλείω μισθόν, μετ' ἐκείνων (sic Urbinas cum Ambrosiano, Bekkerus cum ceteris ἐκείνου) ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσιν. — Interdum autem numero non mutato quum abstractum nomen pro concreto posuerit scriptor, sequens pronomen huius genus sequitur. De Pace §. 143. μιμήσασθαι τὰς ἐν Λακεδαίμονι βασιλείας (sic Urbinas, Ambros. et Laurent. in Antid., Bekkerus τὴν . . . βασιλείαν), ἐκείνοις γὰρ κ. τ. λ. Evag. §. 49. c. 20. τοιαύτης φύσεως, ὅς κ. τ. λ. — Alia praeterea rarioris syneseos exempla in Isocratis scriptis reperiuntur Paneg. §. 110. φάσκοντες μὲν λακωνίζειν, τἀναντία δ' ἐκείνοις (scil. Λακεδαιμονίοις, quod e verbo λακωνίζειν supplendum) ἐπιτηδεύοντες. Paneg. §. 134. ἀμελήσαντας τὴν Ἀσίαν καρποῦσθαι. καὶ τῷ μὲν (scil. τῷ Περσῶν βασιλεῖ, ut recte explicavit Coraës) οὐδὲν προὐργιαίτερόν ἐστιν κ. τ. λ. §. 184. τοὺς μὴ παντάπασιν ἀνάνδρως διακειμένους, ἀλλὰ μετρίως τούτῳ τῷ πράγματι χρωμένους, i. e. τῇ ἀνδρίᾳ. de Antid. §. 195. τοῖς αὐτοῖς λόγοις χρώμενος ἀκμάζων καὶ παυόμενος αὐτῆς, ubi non opus quod Bekkerus maluit ἀκμῆς: hoc enim supplendum ex ἀκμάζων. Aeginet. §. 9. c. 2. μετὰ ταῦτ' ἔγημεν ἐκ Σερίφου παρ' ἀνθρώπων πολὺ πλείονος ἀξίων . . ., ἐξ ἧς ἐγένετο Σώπολις. Ad ἧς supplendum est γυναικός, quod continetur in verbo ἔγημεν, i. e. γυναῖκα ἠγάγετο. Exemplorum seriem claudat locus ex Epistola VIII, 4. τὴν μὲν πόλιν ὑμῶν ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖσθαι μουσικωτάτην εἶναι καὶ τοὺς ὀνομαστοτάτους ἐν αὐτῇ (scil. τῇ μουσικῇ) παρ' ὑμῖν τυγχάνειν γεγονότας.

Excursus XI.

HIATUS.

A Dionysio Halic. aliisque discimus Isocratem in scriptis suis hiatum diligenter vitasse (Dion. Hal. in Iudicio de Isocrate: τῶν γὰρ φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις ὡς λυούσας τὰς ἁρμονίας τῶν ἤχων καὶ τὴν λειότητα τῶν φθόγγων λυμαινομένας παραιτεῖται. Cicero Orator. c. 44, 150, et 151: Quod quidem Latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, qui vocales nolit coniungere. In quo quidem etiam Theopompum reprehendunt, quod eas literas tanto opere fugerit: etsi idem magister eius Isocrates [fecerat]. Adde quos laudat Dindorfius ad Paneg. c. 1.). Itaque iam Hieron. Wolfius apostrophum multis locis reduxerat, in quibus ceterae editiones eo carebant, a sequentibus editoribus ea de re iniquius reprehensus. Sed nostro demum tempore contigit, ut accuratius ea quaestio tractari possit, quum Bekkerus codicem nactus summae auctoritatis etiam in iis, quae orthographiam verborumque formam et ordinem spectant, eum tam diligenter sequutus sit, ut ne minima quidem temere mutaret, et apostrophum nonnisi illo auctore poneret. Sustulit autem ille codex praestantissimus tot hiatus exempla, ut pro numero et magnitudine orationum, quae nobis reliquae sunt, pauca admodum remanserint, quae ipsa Dindorfius in Panegyrici editione corrigenda putabat omnia. Quod utrum tam recte quam audacter fecerit inquiremus.

Illud ante omnia neminem accuratius rem perscrutantem effugere potest, non in omnibus aeque orationibus Isocratem hiatu abstinuisse. In omnibus enim iis orationibus, quae non scriptae solum, verum etiam habitae sunt, forenses dico, quibus perperam Hieron. Wolfius Plataicam quoque et eam, quae περὶ ἀντιδόσεως inscribitur, adnumeravit, frequentiores videmus vocalium concursiones, quam ut prorsus eas vitasse orator cuiquam videri possit. Trapezitica autem et Callimachea adeo scatent hiatibus, ut ad eas purgandas vix Herculeae vires sufficturae

essent. Hoc igitur universo genere orationum remoto, ceterae et epistolae in iudicium sunt vocandae: e quibus ipsis neque libri ad Demonicum rationem habemus, quippe quum de eius authentia dubitamus, neque epistolae decimae, quae falso Isocratis nomen fert.

Primum hoc vix quisquam in dubium vocabit, ea hiatus genera oratorem admisisse, quae poëtis Atticis admissa sunt; περὶ sexcenties ante vocalem reperitur, saepe etiam τί ἄν et ὅτι ἄν, τί οὖν Panath. §. 167. ὅτι οὐδέν de Antid. §. 17. εἴ τι ἐν Paneg. §. 45. In universum quae in ι finiuntur vocabula facilius videntur vocalem tulisse sequentem. Ita καὶ non raro vocalem praecedit: καὶ ὀφθῆναι Cypr. §. 22. καὶ ὁ Cypr. §. 60. Epist. I, 1. καὶ ὅτι (Urb. διότι) Paneg. §. 48. καὶ οὐδέ Paneg. §. 97. καὶ οὐδέν Philipp. §. 14. c. 6. καὶ ὡς Philipp. §. 38. c. 13. καὶ ὧν (vulgo καὶ περὶ ὧν) Philipp. §. 83. c. 35. καὶ ὑμᾶς Archid. §. 9. καὶ εἰ Archid. §. 28. de Antid. §. 90. καὶ Ἰταλίαν Archid. §. 73. καὶ εἰρήνης de Pace §. 2. καὶ ὅτι de Pace §. 14. καὶ οὐκ de Pace §. 84. Panath. §. 107. c. 39. §. 184. c. 74. de Antid. §. 70. c. 25. §. 101. καὶ ἑκατόν de Pace §. 86. καὶ ἑξήκοντα Panath. §. 56. c. 19. καὶ ἐφ' Panath. §. 79. καὶ ἡδίστης Panath. §. 130. καὶ ἐπαινεῖν Panath. §. 241. καὶ ἅπαντας (vulgo πάντας) Panath. §. 244. c. 96. καὶ ὀγδοήκοντα de Antid. §. 9. c. 5. καὶ εἴκοσι de Antid. §. 113. καὶ εἰπεῖν Epist. IV. 4. Quae omnia Dindorfium deterrere debebant, ne Panegyrici §. 97. pro καὶ οὐδὲ ederet κοὐδὲ per crasin Isocrati prorsus alienam.

Ut in particula καί, sic etiam in prima persona indicativi et in infinitivis terminationem αι interdum vocalis excipit. Sic legitur βούλομαι οὖν Panath. §. 6. c. 3. δέομαι οὖν Antid. §. 17. c. 8. οἶμαι οὖν (vulgo οἶμαι δέ) de Antid. §. 129. παραλελεῖφθαι. ὅμως Paneg. §. 74. ὑπομεῖναι (Urb. ὑπομείναιμεν) ὧν Archid. §. 84. τῆς εὐταξίας ἐπιμελεῖσθαι, ἤ (vulgo ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐταξίας ἤ) Areop. §. 39. c. 16. τοὺς ἀκούοντας πεῖσαι ἀσκεῖν (vulgo πεῖσαι τοὺς ἀκούοντας ἀσκεῖν) de Pace §. 36. δοκεῖν εἶναι ἀκριβεστέρας (vulgo εἶναι δοκεῖν ἀκριβεστέρας) Bus. §. 24. c. 10. ἐπιχειρῆσαι ἐμέ (libri με, quod tolerandum) Panath. §. 19. c. 8. ὑμᾶς νομιοῦσιν

εἶναι; ὃ (vulgo εἶναι νομιοῦσιν ὑμᾶς; ὃ) Plat. §. 45. βουλεύσασθαι οὐδενός Epist. IV, 4. συμβιῶναι (vulgo σύμβιον) ἁπάντων Epist. IV, 4. διαμεῖναι (vulgo διαμένειν) αἳ Epist. IV, 6. — Diphthongos οι et ει, quanquam rarissime, sequitur vocalis: οἱ ἄλλοι Paneg. §. 107. quod Urbinas non male omittit. οἱ Ἀφαρέως Epist. VIII, 1. ὁπότεροι ἂν Panath. §. 53. c. 18. εἰ οἱ de Antid. §. 165.

Haud magis aures Isocratis inique patiebantur ubi vocalem υ et ex ea ortas diphthongos ου et ευ vocalis sequitur. Sic πολὺ ἂν passim, αὐτοῦ (vulgo αὐτῶν) ἢ Paneg. §. 57. τοῦ δήμου (vulgo τῆς δημοκρατίας) οἱ Areop. §. 67. c. 27. ἐκείνου (sic vulgo, nos ἐκείνων cum Urbinate) ἐφ᾽ de Pace §. 44. τοῦ ἀγῶνος Panath. §. 39. c. 14. πολλοῦ ἂν Panath. §. 126. c. 49. τοῦ Ἰσθμοῦ de Antid. §. 110. μόνου ἐφρόντισα Epist. IV, 13. μου (vulgo ἡμῶν) ἐλυμαίνοντο Panath. §. 17. c. 8. εὖ οἶδ᾽ (εὖ addunt codd. Γ Δ) Soph. §. 19. c. 10.

Hiatum non multo minus gratum effecisse puto ω ante α positum. Sic Isocrates ὦ ἄνδρες Plat. §. 1. et §. 6, quo posteriori loco particula ὦ ex Urbinate est addita. ὦ Ἀρχίδαμε Epist. IX, 1. ᾧ ἂν de Antid. §. 280. ὅσῳ ἂν de Antid. §. 278.; in quibus tamen locis hiatus facile tolli posset interposita syllaba περ. Dubium videtur utrum ω ante ε ferri possit, e. c. τῷ ἑαυτοῦ de Antid. 122., pro quo melius legatur τῷ αὑτοῦ. Quod autem legitur διαλέκτῳ ἔνιοι de Antid. §. 283. id argumenti vim non habet, quum verba ἐν τῇ διαλέκτῳ in Urbinate a prima manu recte sint omissa.

Rarius etiam η vocali praepositum legimus: ἢ ὁ Hel. 8. c. 6. Epist. VI, 13. μὴ οὐ Hel. 47. c. 21. ἢ ὑπό Plat. §. 14. c. 8. τῇ αὑτοῦ Epist. VII, 11, quo tamen loco articulus eiiciendus videtur, quum nunquam articulus repetatur ante pronomen αὑτοῦ. δύνῃ ἰδεῖν Epist. II, 6. — Verum magnopere offendit hiatus qui iterato η, vel η sequente ε efficitur. Legitur Panath. §. 99. διαπραξαμένη ἦν, sed contra libros manuscriptos. ε autem sequitur η his locis: τοὺς εἰς τὰ τῶν θεῶν ἤδη ἐξαμαρτάνοντας Cypr. §. 9, ubi ἤδη ab Urbinate commode omittitur. ἢ ἐκείνας Philipp. §. 100. c. 41, pro quo scribendum ἢ 'κείνας. Conf. ad Paneg. §. 18. et de Pace

§. 115. ἢ ἐγώ de Pace §. 145. de Antid. §. 251. §. 297, quod mutandum videtur in ἤγώ, ut legitur Philipp. §. 23. et Panath. §. 148, c. 59. ἢ (vulgo ἤπερ) ἐξ Philipp. §. 115. ἢ ἐν τοῖς λόγοις, ubi ἐν accessit ex Urbinate. μὴ ἐγώ Epist. II, 12.

Iam ad ea exempla transituri, in quibus o cum alia vocali concurrit, id primum ponendum putamus, Isocratem praepositione πρὸ non raro ante vocalem α, ε et η usum esse. Legitur enim πρὸ αὐτοῦ Philipp. §. 58. c. 24. πρὸ αὐτῶν Cypr. §. 20. c. 5. de Pace §. 113. πρὸ ἅπαντος, vulgo πρὸ παντός Panath. §. 136. c. 54. πρὸ ἁπάντων Philipp. §. 122. c. 50. πρὸ ἐμοῦ Cypr. §. 35. c. 9. πρὸ ἐκείνου Phil. §. 65. c. 26. πρὸ ἡμῶν Areop. §. 50. c. 19. Soph. §. 19. c. 11. de Antid. §. 166. §. 181., neque ὃ ἂν de Antid. §. 187. et τὸ ἐμαυτῷ Epist. VI, 16. tentanda erunt. Sed hiatum elisione tolli oportet in iis, quae iam sequuntur: ἐπηράσαντο εἰ Paneg. §. 156. ἀφίκοντο εἰς Archid. §. 17. ἐγγένοιτο ἐπιβιῶναι de Antid. §. 166. τοῦτο εὐδοκιμεῖ Cypr. §. 15. τοῦτο ἤδη Panath. §. 24. κἀκεῖνο ἄτοπον Cypr. §. 2. et κἀκεῖνο ὑποδείξαντες Panath. §. 170. c. 70., legendum κἀκεῖν' (conf. Archid. §. 26. de Pace §. 142. Panath. §. 218. c. 87. Trapez. §. 30. 53. Epist. II, 17.) ὑπὸ Ἀγήνορος Epist. VIII, 1.

Etiam α aliquot in locis ante vocalem reperitur, sed vix dubitandum, quin in plerisque sit elidendum. Legitur autem ὅσα ἂν (ὅσ' correctus habet Urbinas) Archid. §. 74. πολλὰ ἂν de Pace §. 25. ἀλλὰ ἀνθρώπους de Pace §. 44. πλεῖστα ἀγαθά Evag. §. 53. πολλῶν [παῤῥησίᾳ] ἀνθρώπων Panath. §. 9. τοὺς τὰ ἡμέτερα ἅμα (τὰ ἡμέτερα addit Urbinas) Panath. §. 155. οἶσθα ἀκριβῶς Panath. §. 235. c. 93. μάλιστα ἀγανακτοῦμεν Plat. §. 5. c. 3. φαυλότητα ἐν Paneg. §. 146. τοιαῦτα εἰς (recte **Dindorfius** in edit. Mori τοιαῦτ' εἰς) Paneg. §. 156. τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντας Areop. §. 77. c. 34. conf. de Pace §. 38. 58. 62. Panath. §. 94. σῶμα ἐν Evag. §. 30. c. 12. πλεῖστα εἰδότων Bus. §. 50. c. 23. ταῦτά ἐστιν Panath. §. 39. ταῦτα ἑτέροις μέν (vulgo ταῦτα μὲν ἑτέροις) Panath. §. 134. c. 53. τὴν Ἑλλάδα εἶναι (τὴν Ἑλλάδα ab Urbinate recte abest) Plat. §. 43. c. 18. τὴν σύμπασαν Ἑλλάδα (vulgo τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν) ἠλευθέρωσαν Paneg. §. 83. μικρότητα ἠμελήθη (vulgo σμικρότητα παρημελήθη) Paneg. §. 93. ποιούμεθα ἡμεῖς Antid. §. 178. μεγάλα ἐπι-

σχηουμένοις (vulgo μεγάλας τὰς ὑποσχέσεις ποιουμένοις) Paneg. §. 189.

Quae denique plerumque vocalis eliditur, e dico, ea pleràque etiam hiatus exempla praebet. Inprimis δὲ pro δ', τε pro τ' aut θ', ὥςτε pro ὥςτ' aut ὥςθ', οὔτε pro οὔτ' aut οὔθ', πώποτε pro πώποτ', de Pace §. 110. Panath. §. 122. c. 46. τότε pro τότ' Panath. §. 171. με pro μ' Paneg. §. 73. σε pro σ' Philipp. §. 150. c. 63. Praeterea cum hiatu legitur ἀγωνίζεσθε. ὢν ad Nicocl. §. 11. φρόντιζε, ὅπως ibid. §. 37. c. 10. θαύμαζε, εἰ ibid. §. 40. c. 12. κατασιωπᾶτε, ἐάν Cypr. §. 53. c. 12. ἐπίστησθε, ὅτι (vulgo διότι) Archid. §. 16. πονηρῶς ἔχειν νομίζετε, ὅτι (vulgò νομίζετε πον. ἔχειν, ὅτι) de Pace §. 115. ἐνδείξησθε, ὡς Plat. §. 42. ἐρωτήσαιτε, εἰ Epist. VI, 1.

INDICES.

I. INDEX VERBORUM.

A.

I. INDEX VERBORUM.

A.

H.

Θ.

I.

K.

II. INDEX GRAMMATICUS.

III. INDEX RERUM.

CORRIGENDA.

In notis ad Panegyricum ter scriptum legitur Exc. XIV. pro Excurs. VI, p. 38. §. 45. not. exeg., p. 49. §. 76. not. exeg., p. 65. not. crit.

CORRIGENDA.

In notis ad Panegyricum ter scriptum legitur Exc. XIV. pro Excurs. VI, p. 38. §. 45. not. exeg., p. 49. §. 76. not. exeg., p. 65. not. crit.

ERFORDIAE, 1831.

TYPIS GUILIELMI HENNINGS.

ERFORDIAE, 1831.

TYPIS GUILIELMI HENNINGS.



